


A R S
C H E
M I C A
G E N E
1 6 0









ante
Vero
fisco

2
T J a 20

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

ARS chemica

P. b. H.

65035/A

LOAN

Ars Chemica,

QVOD SIT LICEN-

TA RECTE EXERCEN-

tibus, probationes doctissi-

orum Iurisconsul-

torum.

SEPTEM TRACTATVS SEV CA-

pitula Hermetis Trismegi-

sti, aurei.

ALIASDEM TABVLA SMARAG-

dina, in ipsius sepulchro inuenta, cum

commento Hortulanii

Philosophi.

STUDIVM CONSILII CON-

iugij de massa Solis &

Lune.

OPUSCVL A, STUDIOsis ARA-

tis secretissimæ, ut summè necessaria,

ita lectui iucundis=

sima.

ANTEHAC TYPIS NON

excusab.

II

TESTIMONIA DO

CTORVM LEGVM, ARTEM

Chymicam esse licitam, pro-
bantia.



LDEND. DE PONTE IN
suo cōsilio 74. incip. An Al
chymista, assuerat. Quod
Alchymistę, qui ex stanno,
plumbo uel alio uili metallo, producūt
argentum uel aurum, repræhendendi
nō sint, sed potius laudibus prosequen-
di, dummodo hoc non faciant per ar-
tem Magicam, uel aliam artē odiosam
legibus. De quibus artibus habetur in
L. i. C. de thesaur. lib. x. Quemadmo-
dum enim qui metallorum inuestiga-
tione exercentur, multis priuilegijs à
Legum latoribus decorantur, ut tot. tit.
C. de metallis lib. xi. Sic quoq; Alchy-
miam, tanquam naturæ ipsius imitatri-
cem propter publicam utilitatem, quæ
ex ea resultare uidetur, magno leges fa-
uore prosequuntur.

Nec dicendum est, quod Alchymistę
a ī mutent

mutent unam speciem in aliam (hoc enim solius est Creatoris.) ut est lex in c. episcopi in fine xxvi. q.v. Sed ex una uili specie metalli, scilicet ex stanno, producitur alia metalli species præciosior, scilicet aurum.

Neq; hoc inconueniens uideri debet, cum multoties ex rebus mortuis, uideamus generari res uiuentes. Sic ex bombicibus sericum, ex herba uitrum producitur. Multo autem magis in metallis hoc fieri potest, in quibus maior est similitudo & conuenientia. Sicuti enim traditur in libro de proprietatibus, cap. de Alchymia. Certe omnia metalla procedunt ex eodem fonte, scilicet ex sulphure, & argento uiuio. Sed ex uirtute elementorum, quædam habent maiorem influentiam in uno loco quam in alio. In una minera fit stannum, in alia argentum, in alia aurum, & sic de alijs.

Cum ergo ars imitetur Naturam. §. minote. Iust. de adopt. L. adoptio ff. eos dem tit. Non uidentur peccare Alchymistæ, si per uirtutem istam, quæ est in herbis, lapidibus uel elementis, uolunt ex stanno

ex stanno facere argentum. Nam cum
sint quasi ex eodem fonte , ex eodem
principio , in illis,tanquam idem sym-
bolum habentibus,facilior est transitus
arg..§. i.Instit. quibus mod.oblig.cum
similibus,

Insunt namq; rebus corporeis , per
omnia elementa , quædam occultæ &
seminariæ rationes , quibus cum data
fuerit opportunitas temporalis & cau-
salis , prorumpunt in species debitas,
suis modis & temporibus , ut ex textu
Augustini de ciuitate Dei, descriptum,
in cap.Nec mirum xxvi.q.v.

Hæc sunt uerba domini Oldendor-
ph, quem Ioannes Andreæ in additio:
ad specul. lib, de criminè falsi, de uerbo
ad uerbum recitat, uenditans ea pro
suis , sicuti solet. Addens quoq; quod
suo tempore , fuerit in curia Romana,
quidam summus Medicus & Theolo-
gus,nomine Arnold.de villa noua,qui
cum magnus quoq; esset Alchymist,a,
fecit quasdam uirgas aureas , quas per-
misit submitti omni probationi.

Huic sententiæ subscribunt quoque
a iij Ioane

Ioannes de Isernia, Bald. & Iacobus
Aluarot in tit. quæ sunt regalia, in feud.
collat. x. Et Abbas Panormitanus ac
alij Canone in c.i. & ij.tex. de sortilegijs.

Item Fabianus de monte S. Sabinæ,
in tractat. suo de emptione & uenditio-
ne, in quinta quæst. princip. num. 8. Et
inquit Andreas de Isernia loco allega-
to. Quod nulla lege prohibetur, quo
minus arte, & naturalibus caussis, pro-
ducuntur ueri, & naturales effectus.
Et Baldus ibi subiungit, quod Alchy-
mia est Ars perspicaci ingenio, tanquā
à Philosopho, inuenta.

Sequuntur 7. tractatus
Hermetis.

CHEMICALIA 7
SEPTEM TRACTATVS SEV
Capitula Hermetis Trismegis-
ti, aurei.

HN historijs diuinarum re-
rum, tres præclaros uiros
Philosophos, quemlibet
uocatum Hermetem, legi-
mus. Horū primus Enoch
ante diluvium fuit, qui angelis comis-
tantibus igneo curru, cœlum abiit. Se-
cundus autem Noë, qui in archa, Dei
iussu à diluvio multarum aquarum, sal-
uus euasit. Eorum enim alteruter, alio
nomine Hermes, alio nomine uocatus
est Mercurius, ad differentiam Herme-
tis qui post diluvium regnauit in Aes-
gypto, hos introduximus. Hic enim ter-
tius clarissimus uir, qui regali diadema-
te decoratus, diu rex Aegypto impera-
uit. A tria uirtute ter magnus dictus
est. Ipsum namq; ferunt regem, Philo-
sophum, atq; Prophetam fuisse, qui &
totius liberalis, mechanicae q; discipline
inuentor fertur extitisse. Ipsum Geber
Philosophus qui fuit Persarū rex, prin-
cipem.

cipem. Albertus uero magnus, Alexan-
drum magnum esse dicit. Ipsius sepul-
chrum, in quo omnes mundi metallæ
aut mineralia, litteris scripta in tabula,
Zarach nominata, reperisse fama est.
Horum alijs principem, postremus ue-
ro patrē omnium philosophorum, te-
statur fuisse. Omnes enim uirtutum se-
ctatores, hunc imitati sunt, huius nos
clarissimí uiri mirabilia gesta, cum non
etiam tenuis ingenij nostri ad illa expli-
canda sufficiat, enarrare suscepimus. Il-
lius tamen memoriam, in huius libri
prologo introducere uoluimus, quod
non modo huius libri, sed & scientiæ
primus inuentor fuit. Hic enim liber
diuinus, diuinitateq; plenus, qui lecti-
tando intellectum ex literis, & illas in-
tellectui accommodauerit, utriusq; uitæ
modum, noui, ueterisq; testamenti per-
fectam probationem reperiet. Extat ad-
huc liber de uerissima compositione,
quæ Græce Alkimia, Latine uero prin-
cipalis scientia dicitur. Nec enim ha-
ctenus, quæ sit eius compositio, Latini-
tas cognouit. In præsentí autem sermo-
ne, ex

CHEMICA. 9

ne, ex quo cōficiatur hoc mirabile my-
sterium, intelligenti clare patebit. Her-
mes, & quā plurimi Philosophi ipsum
imitantes, in libro de substantiarum
commotione dicunt, & ipse inquit. Al-
kimia est substantia corporea, ex uno
& per unum composita, præcipua
per effectum, & cognitionem ad inui-
cē coniungens, modoq; naturali com-
mitione, in melius genus conuertens.
Nosq; sequuti in tractatu hoc clarissi-
me sapienti pandemus. Et quamuis in
nobis latinitas præmodica, tenueçq; sit
ingenium, septem tractatus Hermetis
sapientia triplicis, in arte uero ab omni-
bus insipientibus occultatos, de Arabic
eo in Latinum transfere conati sumus.

CAPITVLVM I.

Hermes enim inquit. In tam longa
etate non destiti experiri, nec ani-
mæ à labore pepercit, artē, & hanc
scientiam solius Dei uiui inspiratione
habui, qui mihi famulo suo pandere di-
gnatus est. Verum rationabilibus iu-
dicare uim arbitrando tribuit, sed ne-

a v mini

mini occasionem delinquendi reliquit.
Ego autem nisi iudicij diem, aut animæ
damnationē, ob absconsionem huius
scientię metuerē, nihil de hac scientia pa-
refacerē, nec cuiquā Prophetisarē. Vo-
lui uero debitū fidelibus reddere, uti au-
thor fidei mihi largire dignatus est.

Intelligite filij sapientum præterito-
rum Philosophorum, non corporaliter
nec imprudenter 4. elementorum scien-
tiam, quę sunt patientia suis rationibus,
& cum sua abscondita operatione. Est
enim eorum occulta operatio, nam ni-
hil agit nisi componatur, quia non
perficitur, nisi prius sui colores pera-
gantur,

Scitote filij sapientum, quod prisco-
rum Philosophorum aquæ est diuisio,
quæ diuidit ipsam in alia 4.unam duo-
bus, & tria unī, quarum colori tertia
pars est, humori scilicet eum coagulan-
tis duæ uero tertiae aquæ, sunt pondera
sapientum. Accipe de humore unciam
unā & mediā, & de rubore meridionali
id est, anima Solis, quartā partē, id est,
unciā medium, et de seyre citrino, simili-
ter

ter unciam medium, & de Auripigmento dimidium, quæ sunt octo, id est, unitæ tres. Scitote quod uitis sapientum in tribus extrahitur, eiusq[ue] uinū in fine triginta peragitur. Intelligite igitur operationem, decoctio ipsum diminuit, tinctura ipsum augmentat, quia Luna post 15. dies diminuitur, & in tertio augmentatur. Hoc igitur est initium & finis. Ecce uobis exposui, quod celatum fuerat, quoniam opus uobiscum, & apud uos est, quod intus arripiens et permanens in terra uel in mari habere potes. Custodi igitur arg. uiuū, quod fit in intimis thalamis in quibus coagulatur est. Ipsum enim est arg. uiuū, quod dicitur de terra residua. Qui igitur uerba mea nunc audit, ipse ab eo inquirat, qui nullius malefactoris opus iustificat, & nullum benefactorem præmijs priuat. Quia omne quod celatum fuerat de hac scientia detexi, maximum archa num & scientiam intellectum habentibus patefeci.

Scitote ergo rumoris inquisitores, & sapientiae filij, quod uultur super mon-

tem

tem existens, clamat uoce magna. Ego sum albus nigri, & rubeus albi, & citrinus rubei, & certe ueridicus sum. Et scitote quod caput artis est coruus, qui in nigredine noctis & claritate diei uolat, sine aliis. Ex amaritudine in suo gutture existente, coloratio accipitur, a suo uero corpore, rubor exiit, & de suo dorso mera aqua accipitur.

Intelligite ergo & donum Dei accipite, & ab omnibus insipientibus celaste. De cauernis metallorum occultus est, qui lapis est uenerabilis, colore splendidus, mens sublimis, & mare patens. Ecce uobis exposui. Deo gratias agite qui hanc scientiam uos docuit, gratos enim diligit.

Ponite igitur eum in humido igne, & coquere facite, qui humoris calorem augmentat, & incombustionis siccitatem necat, donec appareat radix, deinde rubedinem, et partem leuem ab ipso extrahite, quo usque tertia pars remaneat.

Fili sapientum, Philosophi hac de causa inuidi dicti sunt, non quod inuident moratis, nec religiosis, nec legitimis,

mis, aut sapientibus, uerum ignaris, uitiosis, lege & benignitate carentibus, nemali potentes fiant ad peccata perpetranda, & inde Philosophi sint Deo reddituri rationē, nam omnes mali indigni sunt sapientia.

Scitote quod hunc lapidem, nomine uoco, nam ipsum foeminam magnesiae nūncuparunt, siue gallinam, siue quod saliuam candidam, lac uolatilium, & cinerem incombustum, ut ab insipientibus, intellectu, lege, benignitateq; carentibus, celent ipsum, quem tamen sapientibus uno noto nomine nominaui, qui est lapis sapientum. Conserua igitur in eo mare, ignem, & cœli uolatile, ad momentum exitus. Depreco autem uos omnes filios Philosophorū, per nostrū benefactorem, donante uobis suæ gracie decorum, ut nemini fatuo, ignaro, aut cuiquam inepto, huius nomen pandatis. Nemo quicquam mihi tribuit cui non reddiderim, quod ipse dederit, nec ipsum honorare destiti, et in hunc optimam posui significationem. Fili mi hic lapis est celatus, multorum colorum,

natusq;

natusq; in uno colore, cognoscite illum;
& celate. Omnipotente cōcedente, mor-
bum maximum, tristitiam, omne nos-
cumentum, & angustiam, eō euadetis,
de tenebris ad lucem, de deserto ad ha-
bitaculum, & de angustia ad dilatatio-
nem, ipsius auxilio uenietis.

CAPITVLVM: II.

Fili mi, ante omnia moneo te Deum
timere, in quo est nūs tuæ disposi-
tionis, & adunatio cuiuslibet seque-
strati. Fili quidquid audis, ratiocinare,
nō enim te puto ratione priuatum, nec
insipientem. Igitur meas adhortationes
fusce, & meditare, & sic cor tuum co-
apta, ac si exhortationum author esse.
Cui enim natura calida est, si frigidus
fiet, non ei nocebit, similiter qui ratio-
nalis est, claudat à se hostium ignoran-
tiæ, ne securus decipiatur. Fili accipe
uolatile, uolans submerge, & diuide
ipsum à sua rubigine, quæ ipsum inter-
ficit, extrahe & repelle eam ab ipso, ut
fiat uiuū, ac tibi respondeat non uolan-
do, in regionibus, sed uolans aperte
cont-

CHYMICA.

45

contineat. Si enim extraxeris ab angustia post angustiam, in diebus tibi notis, ratione rex eris, conueniens comes tibi esset, & eris ei dominus superans, eo decoratus.

Fili, extrahe à radio umbram suam, & sordidum, eò quod nebulæ ei supereminent, coquínant, & à luce retincent, quia angustia, & sua rubedine comburitur. Fili accipe hunc ruborem aqua corruptum, quemadmodū ignis latior est, cínis uiuus, quem si ab eo semper auferas, quo usq; rubor tibi purifiscetur, sit tibi societas, qua calescit, & in qua quiescit.

Fili, carbonem uita extinctum, redde aquæ 30. diebus tibi notis, proinde tu es rex coronatus, quiescens super puteum, ab illo Auripigmento, humore carente. Iam gauisa feci corda audientium, sperantium in te, & oculos tuos te intuentes, spe eius quod contines.

Fili notum habeas quod aqua prius erat in aëre, deinde in terra, redde tu quoq; eam ad superiora, per suos meatus non inepte eam muta, deinde

spiritu;

spiritui suo rubeo priori collecto , &
parce eam coniungas.

Scito fili, quod terre nostrę unguentū
est sulphur, Auripigmentū sīreth, & col-
cothar, quod est sulphur, Auripigmen-
tum, sulphura & similia quorū quod-
libet est uilius altero, in quibus diuersi-
tas est. Ex quibus etiam est unguentū
colle, quod est pili, unguis & sulphur,
de quibus etiam est oleum petrarum, &
cerebrum, quod est Auripigmentum,
de quibus etiam est unguis felii, quod
est sīreth, de quibus etiam est, unguen-
tū alborum, & unguentū duorum
argentorum uiuorū orientalium, quæ
trenantur sulphura, & corpora conti-
nent.

Amplius dico, quod sulphur tingit
& figit, & continetur & est per tinctu-
rarum connectiones. Vnguenta autē
tingunt & fugiunt, q̄i ē corpore conti-
nentur, quod est fugiūtiū coniunctio
unciæ sulphuribus aluminaris, quæq;
fugientia continent.

Fili, inquisita dispositio à Philoso-
phis una est, in ouo nostro, hoc autem
in ouo

in ouo gallinæ minime inuenitur. Nè autem extinguitur in ouo , tanta gallinæ sapientia diuina, ex 4. elemētis compositione cooptata, & composita est.

Scito fili, quod in gallinæ ouo maximum subsidium est ; & in natura propinquitas, in eo namqe est spiritualitas, & elemētorum collatio , ac terra natura aurum est.

Filius ad Hermetem inquit. Sulphura nostro operi conuenientia quæ sunt; cœlestia an terrena? Et ille, quædā sunt cœlestia, quædam uero terrena. Filius. Pater ; puto cor in superioribus esse cœlum, in inferioribus terram. Pater; Non est sic, uerum masculus est cœlum fœminæ, & fœmina terra masculi. Filius , pater quidquid istorū est dignius altero, an esse cœlum, uel terram ? Respondit, uterqe altero indiget, mediocre enim propositur*i* est præceptis. Ac si dices, Sapiens imperat omnibus hominibus. Mediocris enim est melior, eo quod omnis natura cū sua coadunatur socia. Inuenimus in uirtute sapientiae, quod mediocre coadunatur. At ille, Pa-

B. ter,

ter, at quid illorum est mediocre? Respondit. Vnicuiq; naturæ tria sunt duorum. Primo utilis aqua, deinde unguentum, inferius uero fex remanet. Draco autem in omnibus his habitat, eius autem domus sunt tenebræ, & nigredo in eis, & peream in aërem ascendit, qui est eorum cœlum ex suo oriente, dum autem fumus eis permanet, non sunt perpetua. Sed ex aqua fumū depone, & ex unguento nigredinē, & ex fece morte. Et habita dissolutione munere triūphali, quo scilicet possessores uiuunt. Scito fili quod unguentum mediocre, quod est ignis, est medium inter fecem & aquam, & perscrutator aquæ, quia unguenta & sulphura dicta sunt, quia inter ignem, oleum, & sulphur proxima propinquitas est, quia quemadmodum ignis accedit, sic & sulphur.

Scito fili, quod omnes sapientiæ que in mundo sunt, huic meæ sapientiæ subditæ sunt. His in mirabilibus occultis elemētis, artes casuū sunt, quas finita & consecuta est. Oportet igitur illum, qui introduci uult in hanc nostram occul-

tam

tam sapientiam, arrogantiae uitium a se expellere, & pium, & probum, & profundę rationis esse, hominibus propinquum, sereni uultus, salutare diligenter, & sibi patentium archanorum esse obseruantem.

Ethoc scias fili, nisi sciat mortificare, generationem inducere, spiritus uiuificare, mundare, & lumen introducere, quousq; bellentur, incolorentur, & a maculis mudentur, uelut a nigredine & tenebris, nihil scit, nec ei perficitur. Si autem hoc sciuerit, magnae dignitatis erit, adeo ut reges ipsum uenerentur. Hæc archana fili, oportet nos custodire, & ab omnibus improbis, & insipientibus celare.

Et scias fili, quod lapis noster ex pluribus rebus, & uarijs coloribus, & ex 4. coadunatus & compositus est elementis, quæ nos oportet diuidere, et per membra scindere, & artus sequestrare, partim mortificare in eo naturam, quæ in eo est, aquam & ignem in eo habitantem custodire, qui ex 4. elementis, & eorum aquis, sua aqua continere, scili-

b. ii. ces

cet, quæ non est aqua, forma, sed ignis,
aquas ascendens, & continens in uase
sincero, & ne fugiant spiritus à corpo-
ribus, nam sic tingentes fiunt et perma-
nentes. O benedicta aquina forma,
pontica, quæ elementa dissoluunt. Opor-
tet autē nos cum hac aquina anima, ut
formam sulphuream possideamus, ace-
to nostro eam miscere. Cum enim aquæ
potentia, cōpositum ué soluitur, clavis
restaurationis est. Tunc ab eis mors &
nigredo fugiunt, & sapientia procedit.

CAPITVL V M III.

SCITO fili, quod Philosophi nexibus
ad pugnandum contra ignem, ui-
culant roboratis, quia spiritus ablui-
tis corporibus desiderant inesse, & ipsis
gaudent. Habitū autem ipsis, ipsos ui-
uificant, & in eis habitant & corpora
eas continent, nec ab eis unquam sepa-
rantur. Tunc elementa mortua uiuifi-
cantur, & corpora composita tingunt,
& alternantur, & mira opera permanē-
tia operantur, ut inquit Philosophus. O
aquina

aquina forma permanens , regalium
creatrix elementorum , quæ tuis fratribus
regimine mediocri tinctura habita
& iuncta quiescis. Lapis noster pre-
tiosissimus in stercore electus , est chas-
rissimus uilis , & uilissimus , quia opor-
tet nos duo simul argenta uiua mortifi-
care , & uenerari , scilicet argentum uiuum
Auripigmenti , & orientale argentum
uiuum magnesiae . O natura maxima na-
turarum , creatrix , quæ continet , & se-
parat mediocria naturarum , cum lumi-
ne uenit , & cum lumine genita est , &
quam tenebrosa nebula peperit , quæ
omnium mater est . Vbi autem regem
coronatum filia nostra rubeæ ei con-
iungemus , & in leui igne nondum
nocentibus cōcipiet , & filium coniun-
ctum , & super eminentem , quo igni-
culo permanentem cibat illa , & uiuit
igne nostro . Cum autē dimittis ignem
super folium sulphuris , intret super il-
lum terminus cordium abluatur eo , &
eius coquinatio extrahatur , tunc al-
teratur , & eius tinctura ex igne remas-
neat rubea , ut carnes . Filius autem no-

b ij ster

ster rex genitus , sumit tincturam ex igne, illum uero mors , & mare fugiunt, & tenebrae. Solis radios draco fugit, qui foramina obseruat, filiusque noster mortuus uiuet , rex ab igne ueniet , ac coniugio gaudebit, & occulta patebunt, & lac uirginis dealbabitur. Filius noster iam uiuificatus fit bellator ignis , & supercmineus tincturis. Filius enim est beneficium , & Philosophiam habens. Venite filij sapientum, & nunc gaudeamus, & simul lætemur, quia mors consummata est, & filius noster regnat, & iam rubea toga , & Chermes induitus est.

CAPITVLVM . III.

Intelligite filij sapientum , quod hic lapis clamat, protege me , & protegam te, largiri uis mihi meum, ut adiuem te. Sol meus & radix mei sunt in me intimi . Luna uero propria meum lumen est, omne lumen superans, & bona mea omnibus bonis meliora sunt, gaudium, læticiam, gloriam, diuitias, & delitias.

delitias intelligentibus largior, & quod inquirunt agnoscere & intelligere facio, ac diuina possidere. Ecce quod Philosophi de scientijs celauerunt litteris septem scribitur, duas enim sequitur alpha yda, & librum, similiter sequitur Sol, uolens tamen dominare artem custodire, iungere bubæ aquæ filium, qui est Iupiter, quod est occultum archanum.

Auditores intelligite, & deinceps nostris utamur opinionibus, & quæ scripsi subtilissima inuestigatione, & contemplatione uobis demonstravi, quod dam unum noui, nam quis intelligit quod sincera inuestigatione, & ratione inquiritur? Ex homine nō fit nisi quod ei simile est, et ex taurō idem. Et si quod animal, cum aliena specie cubat, nascitur quod neutro simile est.

Iam Venus ait, Ego genero lumen, nec tenebrae meæ naturæ sunt, & nisi meum esset metallum siccum, omnia corpora mei indigerent, quia ea liquefactio, & eorum rubiginē deleo, et substantiam extraho. Me igitur & fratri
b iiiij meo

meo iunctis nihil melius ac uenerabilius. Rex autem dominatur, suis fratribus testantibus, ait. Ego coronor & diademate ornor, & regno uestro induor, & cordibus lætitiam ingero, & ego uincitus ulnis & pectori meæ matris & substantiæ eius, continere, & quiescere meam substantiam facio, & inuisibile exuisibili compono, tunc occultum apparabit, & omne quod Philosophi oculatauerunt, ex nobis generabitur. Hec uerba, ô auditores, intelligite, custodite, meditamini, & nihil aliud inquirite. Homo à principio natura generatur, cuius uiscera carnea sunt, & nō ex alio. In hac littera meditamini, superflua uero reipuite. Vnde dicit Philosophus. Both fit ex citrino quod extrahitur ex nodo rubeo, & non ex alio, quod si sit citrinum, tua erit sapientia, non fit tibi cura, si de rubeo extrahere nō studeas. Ecce non circumscripti, si intelligitis paulo minus patefeci.

Filij sapientum, comburite corpus æris, nimio igne, & imbuet uos gratia quam quæratis. Et facite quod fugiens non

non uolet à non fugiente. Et quod sūs
per ignē quiescat, licet sit ignis æstuans,
& quod calore ignis æstuantis corrum-
pitur, est Cābar. Et scitote quod huius
aque permanentis ars est æs, eiusq; tinc-
tura & nigredinis coloratio, tunc in
uerū uertitur rubeum. Per Deum con-
fiteor me non dixisse, nisi ueritatem.
Quod deuastantia sunt emendantia, &
inde corruptio uidetur in emendato, &
inde emendatio apparebit, & utrumq;
est signum artis.

CAPITVLVM . V.

Filli, quod ex coruo nascitur, huius
artis est príncipium. Ecce circum-
scribendo dictum uobis obscura-
ui, & lumine priuauī, & hoc dissolu-
tum, hoc iunctum, hoc proximum lon-
gissimum nuncupauī. Assate ergo ea,
deinde coquite in eo quod procedit à
uentre equorum per 7. dięs, uel 14. uel
21. Tunc fit draco suas alas cōmedens,
& seipsum mortificans. Hoc peracto
ponite in petia panni, & in igne furni,

b v & ne

& ne exeat à vase, diligentius custodite.
Et scitote quod tempora terræ sunt in
aqua, & sit quo usq; ipsum ei super po-
nas. Eo igitur liquefacto & combusto,
accipite cerebrum eius, & acerrimo te-
rite aceto, uel urina puerorum, donec
obscuretur. Hoc peracto uiuit in putre-
factione, fusa nubes quæ in ipso fue-
rant, antequam moreretur in suo cor-
pore, conuententur. Reiteratus autem
pro ut descripsi iterum moritur, & ut
dixi, inde uiuit. In eius autem uita & in
morte spiritibus utimur. Sicut enim mo-
ritur spiritibus ablatis, sic restitutis ui-
uiscatur, & ipsis lætatur. Ad hoc autem
peruenientes, id quod quæritis, affirma-
tione uidebitis. Narro etiam uobis læ-
tificationis signa, & quod suum corpus
figit. Hac autē figuraione priores uestri
quemadmodū ad propositum peruenie-
runt, ecce mortui sunt. Iam uobis me-
ram demonstrauī & peritis librum ape-
rui, occultas res celauī, sequestrata con-
tinere feci, diuersas figurās coniunxi, &
spiritus sociaui. A Deo hoc munus ac-
cipite.

Capitu-

CAPITVLVM VI.

Oportet uos Deo gratias agere, qui
Omni sapienti ipsam largitur, que
de miseria, & paupertate liberat
nos, omnibus eius substantijs, probabi-
libus miraculis sum tentaturus, et Deū
suppliciter deprecaturus, ut dum uiui-
mus ad eum perueniamus. Exinde filij
Philosophorum unguenta quæ extra-
himus, ex unguibus, pilis, uiridi æris
tragacantho, & ossibus, in antiquorum
libris sunt scripta.

Amplius unguenti quod tincturas
continet, fugientia coagulat, & sulphur
decorat, dispositionem oportet nos
exponere, & omnibus alijs perfectis
unguentis, præferre. Scimus enim sui
uialis præciositatem & essentiam, quod
diuinum sulphur nuncupatur, & alijs
unguentis figura, quod est unguentum
occultum & sepultum, cuius nulla ui-
detur dispositio, & habitat in corpore
suo, sicut ignis in arboribus, & lapidi-
bus, quod subtilissima arte & ingenio
nos oportet extrahere, absq; combu-
stione;

stione. Oportet autem nos duo sulphura ab alijs separare. Scito fili quod qui non differentiam nouit, duo sulphura minus nouit. Non quod duo sulphura sunt, quæ ex lapidum unguento sublimantur, ad tincturam complendam. His autem duobus corpori commixtis, fit perfectum corpus. Et sciendum, quod duo sulphura tingunt, sed fugiunt quæ oportet optime separare, & à fuga cohibere. Et scitote quod mediocriter cœlum cum terra iungitur. Mediocre autem est figura cum cœlo & cum terra, quod est aqua. Omnia autem prima est aqua quæ exit de hoc lapide. Secundum uero aurum. Tertium autem sex & mediocre aurum, quod aqua & fece nobilius. In his autem tribus sunt fumus, nigredo, & mors. Oportet ergo nos ab aqua fumum superexistentem, ab unguento nigredinē, & à fece mortem depellere, & hoc dissolutione. Quo peracto, maximam habemus Philosophiam, & omnium secretorum secrum.

Capis

CAPITVLVM VII.

OFilij, Philosophorū corpora sunt septem, quorum primum est aurum eorum perfectissimum, rex, & caput, quod nec terra corrumpit, nec res comburentes deuastant, nec aqua alterat, quia eius complexio, est temperata, et natura directa in caliditate, frigideitate, & humiditate, nec superfluum quicquam in eo est. Ideo Philosophi ipsum prætulerunt, magnificauerunt, dicentes, aurum sic haberi in corporibus, sicut Sol in Stellis suo lumine est splendidior, eo enim Dei nutu, omne uegetabile, omnis terræ fructus perficitur. Sic aurum omne corpus continet, uiuificat, quod Ixsir fermentum est, sine quo nequaquam perficitur.

Sicut enim pasta sine fermento fermentari non potest, sic cum corpus sublimaueris, mundaueris, & turpitudinē à fece separaueris, cum coniungere, & simul miscere uolueris, pone in eis fermentum, & aqueam terram confice, do nec Ixsir fermentetur, & ut pasta fiat fermentum.

fermentū. Ac si diceret qualiter aurum
fiat fermentum. Meditamini & uidete,
aurum rei fermentum fiat de alio, quam
de sua natura. Inspicite ergo quomodo
fermentum non est , nisi de pasta ipsa.
Et nota quod fermentum confectionē
dealbat, combustionem uerat, tinctus
ram ne fugiat continet, & corpora læ-
tificat, & inuicem coniungi & ingredi
facit. Et hic est clavis Philosophorum,
& finis operum , & hac scientia corpo-
ra emendantur , & eorum opus Deo
annuente peragitur. Negligentia uero,
& mala de eo opinione, opera corrum-
puntur, ut fermentum masse, & coagu-
lum lacti ad caseum , & moschus in a-
romatibus. Certus aurei color ad rube-
dinem, & natura non est dulcedo. Ideo
de eo sericum constituimus , quod est
Ixsir. Et de eo constituimus encau-
stum quod scripsimus , & sigillo re-
gis lutum tingimus , et in eo colorem
cœli posuimus , qui se uidentibus ui-
sum augmentat. Aurum ergo præcio-
sissimus est lapis , carens maculis, tem-
peratus quoque, nec ignis, nec aër, nec
terra,

CHÆMICA.

terra, nec aqua corrumpere potest, fermentum uniuersale, cuncta rectificans temperata compositione, quod flavi sive ueri citrini coloris est. Aurū sapiens tum coctum, et bene digestum, ignea aqua Ixsir conficit. Aurum enim sapientum est pendentius plumbo, quod est temperata compositione fermentum Ixsir. Et è contrario distemperatum, dis temperata compositione. Primum enim opus ex uegetabili fit, secundum ex animali in gallinæ ouo, maximum est subsidium, et elementorum constan tia, ac terra nostra aurum est de eo omne sericum constitui mus, quod est fermentum Ixsir.

T A B V a

32

TABVLÀ SMARAGDINA HERMETIS TRISMEGISTI. ΠΑΝΩΧΗΡΙΔΙΟΝ. Incerto interprete.



ERBA SECRETOrum Hermetis, quæ scripta erant in tabula Smaragdi, inter manus eius inuenta, in obscuro antro, in quo humatū corpus eius repertum est. Verum sine mendacio, certum, et uerissimum. Quod est inferius, est sicut quod est superius. Et quod est superius, est sicut quod est inferius, ad perpetranda miracula rei unius. Et sicut omnes res fuerunt ab uno, meditatione unius. Sic omnes res natæ fuerunt ab hac una re, adaptatione. Pater eius est Sol, mater eius Luna. Portauit illud uentus in uentre suo. Nutrix eius terra est. Pater omnis telestmi totius mundi est hic. Vis eius integra est, si uersa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, subtile à spizzo, suauiter cum magno

magnō ingenio. Ascendit à terra in
cœlum, iterumq; descendit in terram, et
recipit uim superiorum et inferiorum.
Sic habebis gloriam totius mundi. Ideo
fugiet à te omnis obscuritas. Hic est to-
tius fortitudinis fortitudo fortis, quia
uincet omnem rem subtilem, omnemq;
solidam penetrabit. Sic mundus crea-
tus est. Hinc erunt adaptationes mira-
biles, quarum modus hic est. Itaq; uo-
catus sum Hermes Trismegistus, ha-
bens tres partes philosophie totius mū-
di. Completum est quod dixi de opera-
tione Solis.

HORTVLANI PHI-

LOSOPHI AB HORTIS MA-

ritimis, Commentariolus in Tabulam

Smaragdinam Hermetis Tris-

megisti προτόχη

μεταξ.

Precatio Hortulanii.

LAUS, honor, uirtus, et gloria, sit tibi
Domine Deus omnipotens, cum
dilecto

dilecto filio tuo Domino nostro Iesu Christo , et Spiritu sancto paracleto. Trinitas sancta , qui es solus Deus & unus,homo perfectus,tibi gratias ago. Quia cum aduersarij huius mundi transitoria pernouissem, ne suis delectationibus prouocarer , me ab eodem tua summa misericordia sustulisti.Sed quia video infinitos in hac arte deceptos,qui directam non ingrediuntur semitam, placeat tibi Domine Deus meus , ut scientia quam mihi tradidisti , charos meos ab hoc errore diuertam , ut cum perceperint ueritatem, laudent nomen tuum sanctum & gloriosum , quod est benedictum in æternum,Amen.

PRAEFATIO.

Ego dictus Hortulanus , ab hortis maritimis nuncupatus,pelle Iacobina inuolutus , indignus uocari discipulus philosophie.Motus dilectione chari mei. Declarationem certissimam Sermonis patris philosophorum Hermetis intendo dicere .Qui sermo,
quan

quanquam sit occultus, tamen exercitium uerī operis in fatigatione meorū digitorum totam expositionem declarauit uerissime. Nihil enim prodest occultatio philosophorum in sermonibus, ubi doctrīna Spiritus sancti operatur.

QVOD ARS ALCHEMIAE
sit uera & certa.

CAPVT. I.

Dicit autē philosophus: VERVM, scilicet est, quod nobis data est ars Alchemiae. SINE MENDACIO. Hoc dicit ad detestationem illorum, qui dicunt artem esse mendacem, id est falsam. CERTVM, id est expertum. Nam quicquid est expertū, certissimum est, ET VERRISSIMUM. Quia uerissimus Sol per artē procreatur. Et dicit uerissimum in superlatiuo gradu, quia Sol generatus per hanc artem, excedit omnē Solem naturalem, in omnibus proprietatibus medicinalibus & alijs.

ij QVOD

QVOD LAPIS DEBEAT DI-
uidi in duas partes.

CAPVT II.

Consequenter tangit operationem lapidis dicens: QVOD EST INFERIVS, EST. SIC VT QVOD EST SVPERIVS. Ethoc ideo dicit: Quod iste lapis diuiditur in duas partes principales per magisterium. In partem superiorem, quæ superius ascen-dit, & in partem inferiorem, quæ infe-rius remanet fixa & clara. Et tamen istæ due partes concordant in uirtute. Et ideo dicit: QVOD EST SVPERIVS, EST, SIC VT QVOD EST INFERIVS. Illa autem diuisio necessaria est. AD PERPETRANDA MIRACULA REI VIVIS, scilicet lapidis. Quia pars infe-rior est terra, quæ Nutrix dicitur & fer-mentum. Et pars superior, est anima, quæ totum lapidem uiuificat, & resuscitat, et ideo facta separatione et celebrata coniunctione, multa miracula perpe-trantur in opere secreto naturæ.

QVOD

STATVS HERMETIS. 37

QVOD LAPIS HABEAT IN
se quatuor elementa.

CAPVT III.

ET SICVT OMNES RES FVE= RVNT AB VNO MEDITATIO= NE VNIVS. Hic dat exemplū dic- cens: Sicut omnes res fuerunt ab uno, scilicet globo confuso, siue massa con- fusa, meditatione, id est cogitatione & creatione. Vnius, id est omnipotentis Dei, SIC OMNES RES NATAE FVE= RVNT, id est exiuerunt, AB HAC VNA RE, id est, ex una massa cōfusa, AD AP= TATIONE, id est solo præcepto Dei & miraculo. Ita lapis noster est natus, & exiuit ab una massa confusa, in se con- tinens omnia elementa, que à Deo crea- ta est, & suo solo miraculo lapis noster est inde natus.

QVOD LAPIS HABEAT PATREM
& matrem, scilicet Solem &
Lunam.

CAPVT. IIII.

ET sicut uidemus quod naturaliter
est in unum

unum animal generat plura animalia
sibi similia. Ita artificialiter Sol generat
Solem, uirtute multiplicationis lapidis
prædicti. Ideo sequitur PATER EIVS
EST SOL, id est aurum Philosopho-
rum. Et quia in omni generatione na-
turali debet esse receptaculum idoneum
& conueniens, cum quadam cōsonan-
tia similitudinis ad patrem. Ita & in ista
generatione artificiali oportet quod Sol
habeat sui spermatis, & suæ tincturæ
idoneum receptaculum, & sibi conso-
nans, & hoc est argentum philosopho-
rum. Et ideo sequitur, MATER EIVS
LVNA.

QVOD CONIUNCTIO PAR-
tium lapidis dicatur im-
pregnatio.

CAPVT V.

QVæ duo, cum sese receperint in
coniunctione lapidis, impregna-
tur lapis in uentre uenti, & hoc
est quod postea dicit: PORTAVIT IL-
LVD VENTVS IN VENTRE SVO.

Planum

Planum est, quod uentus est aér, & aér est uita, & uita est anima. Et ego iam superius loquutus sum de anima, quæ totum lapidem uiuificat. Et sic oportet, quod uentus portet totum lapidem & reportet, et pariat magisterium. Et tunc sequitur quod alimentum recipiat à nutrice sua, id est, à terra. Et ideo dicit phisiosophus : NVTRIX EIVS TERRA EST. Quia sicut infans sine alimento nutricis nunquam ad ætatem perueniret: Ita lapis noster sine fermentatione suæ terræ, nunquam perueniret ad effectum. Quod quidem fermentum, alimentum dicitur. Sic enim generatur ex uno patre, cum coniunctione matris. Res, id est, filij similes patri, qui si longa decoctione caruerint, erunt matri similes in albedine, & patris pondus retinebunt,

QVOD LAPIS PERFECTVS
sit, si anima in corpore fixa
fuerit.

CAPVT VI.

POstea sequitur : PATER OMNIS
TELESMI TOTIVS MUNDI
cuius EST

40 COMMENT. IN VII. TRA.

EST HIC, hoc est, in opere lapidis est
via finalis. Et nota. Philosophus uocat
operationem patrem omnis telesmi, id
est omnis secreti, uel omnis thesaure, to-
tius mundi, id est omnis lapidis inuenti
in hoc mundo. EST HIC. Quasi dicat,
ecce ostendo tibi. Postea dicit philosophus:
Vis quod te doceam, quando for-
titudo lapidis est perfecta & completa:
quando scilicet fuerit in suam terram
uersa. Et ideo dicit: VIS EIVS INTE-
GRA EST, id est, perfecta & completa.
SI VERSA FVERIT IN TERRAM,
id est, si anima ipsius lapidis, de qua su-
perius facta est metio (quod anima dica-
tur uentus & aer, in qua est tota uita la-
pidis & fortitudo) conuersa fuerit in ter-
ram, scilicet lapidis, & fixetur, ita quod
tota substantia lapidis sic sit cum nutri-
ce sua, scilicet terra, quod totus lapis uer-
tatur in fermentum. Sicut in operatio-
ne panis, modicum fermentum nutrit
& fermentat magnam copiam pastæ, &
ita totum substantiam pastæ conuertit
in fermentum. Ita uult philosophus,
quod lapis noster sic sit fermentatus,

quod

quod ad multiplicationem lapidis, sic
fermentum.

DE MUNDIFICATIONE
lapidis.

CAPVT VII.

Consequenter ponit, quomodo debeat multiplicari. Sed primo posnit lapidis mundificationem, & partium separationem, dicens: SEPARABIS TERRAM AB IGNE, SVBTELLE A SPISSO, SVAVITER CVM MAGNO INGENIO. Suauiter, id est paulatim, non per uiolentiam, sed cum ingenio, scilicet in fimo philosophico. Separabis, id est, dissolues. Quia dissolutio, est separatio partium. Terram ab igne, subtile à spisso. Id est, feces & immundicias, ab igne, aëre & aqua, & à tota substantia lapidis, ita quod lapis ibi remaneat mundissimus sine sorde.

QVOD PARS LAPIDIS NON FI-
xa, debeat superare partem fixam,
eamq; elcuare.

CAPVT VIII.

ET lapis sic præparatus, est idoneus
c. v ad

42 COMMENT. IN VII. TRA-

ad multiplicandum. Et nunc ponit eius multiplicationem, & facilem liquefactionem in uirtute ingressibili, tam in duris corporibus, quā mollibus, dicens:
A S C E N D I T A T E R R A I N C O E L U M,
I T E R V M Q U E D E S C E N D I T I N
T E R R A M. Hic est ualde notandum, quod quamuis lapis noster in prima operatione diuidatur in quatuor partes, quae sunt quatuor elementa, tamen sicut dictum est superius, Duæ eius sunt partes principales. Una quæ ascendit superius, quæ dicitur non fixa, & alia quæ remanet inferius fixa, quæ dicitur terra, siue fermentum, quæ totum lapidem nutrit & fermentat, ut dictum est. De illa uero parte non fixa oportet habere magnam quantitatem, & dare lapidi, qui factus est mundissimus absq; forde, toties per magisterium, donec totus lapis uirtute spiritus deferatur superius, sublimando & subtiliando. Et hoc est, quod philosophus dicit, **A S C E N-**
D I T A T E R R A I N C O E L U M.

QVO-

QVOMODO LAPIS VOLA=
latilis sit iterum fi=
gendus.

CAPVT. IX.

Postmodum, hunc ipsum lapidem
sic exaltatum oportet incerari cum
oleo ab ipso lapide in prima ope-
ratione extracto, quod dicitur aqua la-
pidis, & toties assare sublimando, do-
nec uirtute fermentationis terrae cum
ipso exaltatae, totus lapis iterato descen-
dat de coelo in terram, & remaneat fi-
xus & fluens. Et hoc est quod dicit phi-
losophus : ITERVM QVE DESCEN-
DIT IN TERRAM, ET SIC RECI-
PIT VIM SVPERIORVM subliman-
do, ET INFERIORVM descendendo,
id est, quod corporeum est, fiet spiritua-
le sublimando, et quod spirituale est, fiet
corporeum descendendo.

DE FRVCTV ARTIS, ET
efficacia lapidis.

CAPVT. X.

SIC HABEBIS GLORIAM TOTIVS
MVNE

44. COMMENT. IN VII. TRA-

MUNDI, id est, hoc lapide sic compo-
sto, gloriam huius mundi possidebis.
IDEO FUGIET A TE OMNIS OBSCU-
RITAS. Id est omnis inopia, & ægritu-
do. Quia lapis sic factus, omnis ægritu-
dinis est curatiuus. HIC EST TOTIVS
FORTITUDINIS FORTITVDO FOR-
TIS. Quia nulla est comparatio aliarū
fortitudinum huius mundi, ad fortitu-
dinem huius lapidis. QVIA VINCENT
OMNEM REM SVBtilem, ET O-
MNE MREM SOLIDAM PENETRA-
BIT. Vincet, id est uincendo conuertet
Mercurium uiuū congelando, qui sub-
tilis est, & alia corpora dura, solida, et
firma penetrabit.

QVOD MAGISTERIVM IMI-
tetur creationem uni-
uersi.

CAPVT XI.

Prostea dat exemplum philosophus
de Compositione lapidis sui, dicēs:
SIC MUNDVS CREATVS EST,
hoc est, Sicut mundus creatus est, ita &
lapis

lapis noster factus est. Quia primitus
 totus mundus , et omne quod fuit in
 mundo , fuit una massa confusa , seu
 chaos confusum , ut superius dictum
 est, et postea per artificium summi crea-
 toris , diuisa est ista massa in quatuor e-
 lementa , mirabiliter separata et rectifi-
 cata, propter quam separationem diuer-
 sa fiunt. Ita possunt fieri diuersa, aptatio-
 ne nostri operis per separationē diuer-
 sorum elementorum à diuersis corpora-
 ribus. HINC ERVNT ADAPTATIONES
 MIRABILES. Idest; si separueris
 elementa, fient mirabilia cōposita, apta
 nostro operi in nostri lapidis composi-
 tione, per coniunctionē elementorum
 rectificatorum. QVARVM, id est, de
 quibus mirabilibus aptis ad hoc, MO-
 DV S, scilicet operandi datus, EST HIC.

INSINVATIO AENIGMATICĀ,

que sit materia lapidis;

CAPUT XII.

ITAQVE VOCATVS SVM HER-
 MES TRISMEGISTVS. Postquam
 philos

philosophus docuit compositionem la-
pidis , hic docet occulto modo , de quo
fiat lapis noster. Prænominā seipsum ,
ut discípuli sui ad hanc scientiam per-
uenturi , de eius nomine perpetuo re-
cordarentur . tū tangit , de quo sit , dicens :
HABENS T R E S P A R T E S P H I L O-
SOPHIAE T O T I V S M V N D I . Quia
quicquid est in mundo , habens mate-
riam et formā , compositum est ex qua-
tuor elementis . Vnde infinite sunt par-
tes mundi , quas omnes philosophus in
tres partes príncipales diuidit , scilicet in
partem Mineralem , Vegetabilem , et
Animalem , de quibus coniunctim uel
diuisim , philosophus habuit scientiam
ueram in opere Solis . Et ideo dicit , ha-
bens tres partes philosophiæ totius mū-
di , quæ partes continentur in unico la-
pide , scilicet Mercurio philosophorū .

QVARE L A P I S D I C A T U R
perfectus.

CAPVT XIII.

E T ideo uocatur lapis iste perfe-
ctus ,

ctus, quia in se habet naturam mineralium, vegetabilium, et animalium. Est enim lapis trinus et unus, quatuor habens naturas, scilicet quatuor elementa, et tres colores, scilicet nigrum, album, et rubeum. Vocatur etiam granum frumenti, quod nisi mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et si mortuum fuerit, ut dictum est superius, cum coniungitur in coniunctione, multum fructum affert, uidelicet completis operationibus supra dictis. Olector chare, Si scis operationem lapidis, tibi dixi ueritatem, et si nescis nihil tibi dixi. COMPLETVM EST QVOD DIXI DE OPERATI ONE SOLIS, id est, completum est, quod dictum est de operatione lapidis, trium colorum, et quatuor naturarum existentium, ut dictum est, in unicâ re, scilicet in solo Mercurio philosophico.

FINIS,

48 CONSILIVM CONIVGII

INCIPIT LIBER
CONSILII CONIVGII

de massa Solis & Lunæ,
cum suis compen-
dijs.



ON LEGITVR A DIVINA
munificentia maius emas-
nasse donum sapientie, unde
Hamuel, Recommenda
memoriæ, exorna conscientiam, ma-
gnifica scientiam. Qui enim spernit sci-
entiam, spernit illum deus sublimis, &
gloriosus. Sapientes uero, & elec̄ti ser-
ui Dei, quorum unus post alium hanc
sibi hereditauit sapientiam, gratia & do-
no Dei, cuius nomen domini sit bene-
dictum, ut sibi memoriam facerent per-
petuam posteris, de hac libros suos con-
scriperunt, typicis & tropicis locutio-
nibus uelatos. Nisi enim hanc sapien-
tiam posteris descripsissent seculis, ob-
livioni debita perirent, sicut & domini
eius mortui sunt. Sunt enim libri uasa
memoriæ & fama perpetua sapientum.

Ne

Ne autem hęc sapientia & donum Dei
altissimi hilariter elargita microcosmo;
ad interitum tenderet, Deo uolente, phi-
losophi & Prophetae scientiarum do-
mini huius sapientiae series in scripturis
deposituerunt, uelatas, propter plures
causas. Prima est Hamuelis in seniore;
Ut attribueret illa domino gloriose, ut
reuelaret illa cui uellet, & prohiberet ea
a quo uellet. Nam ut dixit Moriennes ad
regem Kalid. O bone Rex scire te con-
uenit quod hoc magisterium, nihil aliud
est, nisi secretum secretorum, & archa-
num Dei altissimi & magni. Ipse enim
hoc magisterium suis Prophetis man-
dauit, quorum animas in Paradiso suo
collocauit. Si autem sapientes qui post
illos fuerunt, suas dispositiones de qua-
litate itasis in quo conficerent non in-
uenissent, nunquam ad huius magiste-
rij perfectionem peruenire potuissent.
Et in eodem libro postea alibi dicitur:
Et scire te conuenit quod intentio om-
nis hominis, hanc scientiam puram &
diuinam inquirentis, nihil aliud arbit-
ri debet, nisi donum Dei altissimi &

d magistri

magni , qui eam seruis suis commen-
dat, cuius nomen semper sit benedictū.
Secunda causa est , in libro lumen
Rasis. Postquam multa de dispositione
artis docuisset, dicit. Quamvis omnia
dilucide præmissa sint, idoneum tamen
arbitror quam plurima sub ænigmati-
specie inuoluti. Si enim omnia prout se
habent, uellem enodare, nullus ultra
prudentiæ locus esset, cum insipiens sa-
pienti æquaretur, nec sub cūculo solari
seu Lunari quisquam mortalium pau-
pertate nouerca, medias angustias des-
fleret. Tertia causa uelationis huius
scientiæ legitur , ne detur occasio malis-
gnandi prauis , hæc scientia occultatur
in uerbis obscuris , unde bonis celari
non debet. Dicit Assiduus, Quidam ex
Philosophis dominum timentes, non
tam sublime , nec tam præciosum hoc
magisteriū habuerunt. Immo opus suū
potens , & manifestum scribere uole-
runt. Sed expauescebant hæc agere, eo
quod mundum deleret, & opus arandi
& serendi plantarum periret. Ergo non
frustra libtos suos scripserunt uelatos,

nec

nec euentui composuerunt. Quartā
causa obscuritatis, legitur in fine turbæ
Philosophorū. Vbi dicitur. Nisi enim
nomina multiplicarentur in hac arte
nostra, sapientiam nostram pueri deri-
derent. Quinta causa est Mundi Philo-
sophi in turba, dicit enim. Si plebi uen-
ditores hanc mineram agnoscerent, nō
uenderent eam tam uili præcio, Arsub-
teres in eodem libro , Et si Reges eam
agnoscerent, non sinerent eam ad pau-
peres deuenire. Libri autem Philosopho-
rum quanquam obscuri, tamē ual-
de utiles sunt ingeniosis hanc scientiam
inquirēntibus , quæ sine literarum co-
gnitione haberī non possunt. Vnde Pi-
tagoras in turba. Quanto plus libros
legebam, tanto magis agnoscetam. Et
Mirtiganus ad Horsoicum. Narrasti
frater de argēto uitio , & intus quod est
magnesia, & iussisti libros Philosopho-
rum legi , & experiri. Et Morienes ad
Kalid regem dixit. Quod iam diximus
tu bene intellige, & intellectum memo-
riæ commenda, & iuxta suum ordinem
illa dispone , & in eorum dispositione

d ij fres

frequenter stude , quia eius frequens studium uiam rectam tibi ostendit. Ita ut eam uideas , nec amplius à te celari possit. Rasis in libro lumen. Cum ergo nostrorum statuum scripta omnia diligenter & serio prospexeris , si uniuersa ad propriam formam reducere studeas, uotū nullatenus cessabitur effectus. Propterea artifici summe uidetur necessarium scrutari, æstimare, diligere, nam inquirendo & eliciendo libros nostros sic appetunt, quod amando reperitos colligant, & seruent. Nec in his aliquius temporis dispendium impende re te pigebit. Cui autem hæc tria deficiunt, nec librorum delitijs ditari merebitur. Hamuel commentator Senioris se excusans , quod sapientiam suam in figuris descripsit, dixit, Propinquius est illud intellectui subtiliter prospicientis, & cognoscentis terminos sapientiae, ex sermonibus typicis & obscuris , cum contulerit illos sermones, illis imaginibus & figuris , unum aperiet tibi reliquum , nec tegitur aliquid super lapide occulto. Idem etiam commentator sua dens

dens libros legere suos, diffuse loquitur,
caussam subiungens, dicit. Ego autem
ut portaretur memoria mea à posteris
in ista arte, sedi solitarius, considerans
libros antiquorum, inquirens à quolibet
nobiscū sedentibus, scientiam hanc
inquirentibus, quos cū alloquerer, non
intelligebant me, habebant enim præ
manibus libros qui describunt eis spe-
cies, & res uanas, quas noscunt, qui his
occupantur. Ethā sunt res quæ deterio-
rant occupantes, & ipsi incumbunt suis
commixtionibus, deuiantes à ueritate,
& ignorātia excoecati, quorum nullus
ausus est exponere, nec litteram unam
ex dictis Philosophorum. Est autem o-
pus cum sapiens sim, & aperta mihi
cætera sint, & nouerim occulta, ut ex-
ponam uerba sapientum, et perueniam
per illam expositionē ad ueritatis ma-
nifestationem. Post eorum manifesta-
tionem, ut manifestaretur studentibus
in illis, & aperirentur fastidientibus in
illis, & impatientibus, & sufficientiam
habētibus in his, quę præ mansibus ha-
bent ex ignorantia. Sed cum non ex-

d iij. plano

plano aliquid ex eis, erit liber meus tanquam ipsius sapientis, & uerba mea, & uerba sua, uel illorum, & mihi attribui, quod est inconueniens, & dedecus illi qui hoc facit, quia appetit iactantiam. Veruntamen si fui cum magno labore in scientia, & aperti sunt mihi tropi eorum occulti, & manifestum est mihi quod occultauerunt, & apprehendi per scientiam quod occultauerunt, debo hoc appropinquare intellectui successorum meorum, sermonibus in aperto uelatis, significantibus intellectum occultum, & uelatum, ut hoc sit apertum & uelatum.

Est enim apertū studiosis & sapientibus, & intelligentibus, & inuestigantibus. Occultum autem insipientibus, quod nisi sic fecero, non manifestabo industria meam, præ cæteris, & erunt dicta mea tanquam propositio sine demonstratione, quod non feci sic. Et sciat quo quid percipit scientiam uno modo, nō latebunt ipsum dicta expositio[n]is meæ, & maximè ad quos peruenient libri mei. Et Deus sit mihi testis super

per uos , ut nō prohibeat̄is eos qui sunt digni ex fratribus nostris , & non padatis ea indignis , aliās indigne ageretis , & contra conscientiam , & merebimini poenam à Deo , cuius nomen glorificetur .

Commissa enim est uobis hæc scien-
tia , ut subueniatis fratribus nostris pau-
peribus , & Deus retribuet . O quantum
est honoratum ex his assignationibus ,
& argumentis Philosophorum , per li-
bros eorundem inquirendos . Hac om-
nia dixit Senior . Ego inter sapientiæ a-
matores minimus ipsorum ex eo ini-
tatus , quorum experientiam non attin-
go , ocium cupiens evitare fructum stu-
dij mei longinqui , & laboris immensi ,
propter quod multis annis laborauī cū
diligentia , & assiduitate , inquirendo , &
æstimando , & multas noctes insomnes
duxi , degendo diebus multis . Iam ha-
bito dono domini mei Dei consecutus ,
dignum duxi non solum intellectui qui
locus est specierum intelligibilium , ue-
rum scripturæ quæ gazophilatum sa-
pientiæ Dei est , fore mandandum , ne

d iiii tunc

56 CONSILIVM CONIVGII

quam auarum possessorem, & degenerem me scientia dignaretur deponere, procuraui. Primo in laude Dei datoris scientiae, & ad utilitatem fidelium eius. Hanc etenim scientiam inquirentibus, necessarium est habere mentes purificatas Deo, cum sit donum & secretorum secretum Dei, & soror Philosophiae, ac Philosophorum, quia habet esse a Deo per inspirationem. Singulariter uero motus, ut proprium munus habeat, uitius societatis, non errantis, sed uere existentis in intelligentia principiorum, & scientiarum & conclusionum artis per expositionem trium uerborum, & Clavis sapientiae maioris, uolui specialissime declarare, ut multorum sapientum dubiam aciem mentis figat. Quia uero problema diuersorum Philosophorum commutando exponere decreui, de uiro artis, & muliere eius. Hunc librum Consilium coniugij de massa Solis & Lunae uolui nuncupare. In quo prius de minera artis eloquar, exponendo secreta secretorum.

Secundo de Regimine eius, Tertio
ponam

ponam Carmē trecentorum uersuum,
& commentabor, dicta Philosophorū,
& exponendo societati quidquid ob-
scurauerunt pro posse suo, & celauerūt
præ patribus & filijs, comprehendens
in summa, quod ipsi in millibus passi-
bus librorum expanderunt sepultum,
tropicis & typicis locutionibus, & ma-
gnis obscuritatibus inuolutum. Sed
quia lapis sapientum in cauernis pla-
netarum occultatus est, id est in definī-
tione Solis & Lunæ, ac Planetarum re-
liquorum, à quibus ducam exordium.

Sol, ut dicit Algahel, est mundi oca-
culus, splendor firmamenti, pulchritus
do cœli, orbium uiator, fons totius ca-
loris, Planetarum rector, horarum di-
uisor, gratia & honor Dei. Luna, ut ait
idem, est cœli purpura, Solis sectatrix,
& emula, malefactorum reuelatrix, na-
uigantium solamen, roris nutrix larga,
præsigium tempestatis, domina humi-
ditatis. Sol dicitur quasi super omnia
lucens, Luna quasi luce lucens aliena,
quia ipsa non lucet de se, sed omnem
splendorem suum à sole mutuat. Her-

d v mes

58 CONSILIVM CONIVGII

mes, Sol etiam est dominus corporum,
& lapdium, & est nobilior eis, quo-
niā est rex eorum, & ipsorum copia;
quod non corrumpit terra, nec aqua,
nec ignis, nec minuitur in igne. Sed i-
gnis ipsum rectificat, & humectat, &
non comburunt ipsum sulphura cor-
rumpentia, quia natura ipsius est equa-
lis, clara, & recte temperata, propter
quod extulerunt ipsum Sapientes, &
magnificauerunt ipsum, & posuerunt
ex ipso compositionem Elixir magni
lapidis, quoniam est substantia aequa-
lis, permanens, fixa, longitudine æter-
nitatis. Hoc quidem Elixir est de com-
plexione substantiae auri, quia est cali-
dum & humidum, & est Elixir hoc in
corporibus, sicut Sol in Stellis, quare
Sol est rex Stellarum, & lumen earum,
& per eum complentur res terrae, ex
plantis, fructibus, & mineris. Etenim
retinet omne corpus, & retinetur ab eo.
Et est fermentū duorum Elixirium, al-
bi & rubei, & non rectificantur nisi per
ipsum, & non complentur per aliud, si-
cūt pasta, quæ non completur nisi per
fermen-

fermentum. Et est hoc fermentum in Elixir, sicut coagulum in lacte, & sicut muscus in colore bono.

Luna uero sponsa Solis est, coloris cœlestini, uicina complexioni Solis, & est domina humiditatis, ex qua cuncta procreantur adiutorio Solis. Mercurius uero mercantium dominus est, qui aurum & argentum, & gemmas latere uolentia in luto, mercatoribus adiuuenit. Et Mercurius est pars materiæ omnium metallorum. Et est ex sicco terreo, & subtili, & humido unctuoso, inadustibili, uehementer & optime uniuersaliter complexionato, nisi quod uergit ad humidum aquosum, unde ratione humili humidantis fluit in frigido, querens iter alienum, & fugit in igne. Et ratione humili unctuosí, inadustibilis, & uehementis complexionis, non aduertitur, sed totum sublimatur. Nam humili unctuosum motum ab igne, trahit secum subtile suum siccum omnino, ita quod post se nullas reliquit feces, & ratione siccii fluit globose, & non madidat illud quod tangit, nec adhaeret ratione uehementi.

69. CONSILIVM CONIVGII

uehementissimæ complexionis, & ex soliditate partium densarū priuatarum raritate, pôderosum est. Et super ipsum natant lapides, & metalla omnia, prêter aurum quod petitfundum. Ex quo elice poteris maximum secretum, scilicet naturarum symbolum, & similitudinem magnā. Et sciendum quod Sol & Luna & Mercurius digesta sunt calore temperato. Mars uero & Venus calore igneo excedente temperiem aduertitam. Ethic calor dicitur optesis. Calore uero molendesi, qui est defectiuus, ac eius parte digeritur Iupiter & Saturnus. Et sciendum quod Mercurius purus, id est optime complexionatus, est in Sole & Luna, & seipsum soluere repertus, licet sit materia, uel potius pars materiae omnium aliorum. Et postquam ad suam sp̄ciam est productus, naturæ beneficio ratione suæ optimæ complexionis, ultra corrupti non potest, sed alia corruptibilia metalla, ex eo habent generari. Contingit ex eo quamdiu est in fieri, non in facto esse, scilicet digestione optesi & molendesi. Et ex his

his & per hæc, quæ dicta sunt, prepara-
uerunt sapientes lapidem suum de me-
liori minera, quam possunt inuenire.
Vnde Geber, qui prima naturalia igno-
rauit, iam multum remotus est ab arte
nostra, quia radicem non habet ueram,
super quam intentionem suam fundet.
Qui uero principia sciuerit naturæ &
cauissas, & essentias, nō tamen adeptus
est uerum finē & profectum artis hu-
ius occultissimæ, habet tamen facilior-
em aditum. Et hic parum remotus est
ab artis introitu. Qui uero sciuerit om-
nia principia, & causas mineralium, &
generationis modum, quæ ex intentio-
ne naturæ consistunt, parum quidem
aufferetur ab eo de operis complemen-
to, quibus non potest scientia nostra
perfici.

Lapis Philosophorum est rex de cœ-
lo descendens, cuius montes sunt ar-
gentei, & riuuli aurei, & terra lapides,
& gemmæ preciosæ. Ecce iam omnes
species artis enumeratae sunt. Assi-
duus, scito fili quod opus Philosopho-
rum & Prophetarum nō sit nisi in solo
argentii

62 CONSILIVM CONIVGII

argento uiuo , quoniā illis in omnibus
rebus cogitantibus , & ad argenti uiui
scientiam peruenientibus , nesciebant
quod argentum uiuum accipiunt , quo
operantur . Ideoç in naturis , & in acci-
dentiis , quæ omnia alterant , cogita-
tionem & complexionem iterauerunt .
Cum autem super lapidem eorum qui-
euerit intentio , & notum habuerunt ,
quod ex hoc lapide procedit argentum
uiuum , quod uoluerūt quidam ex ipsis
uralde celare , omnibus nominibus no-
minauerunt , & omni operi , & rebus
ipsum assimilauerunt . Quidam uero
tantum uno nomine , quod est lapis , as-
quam uero quæ ex eo uel ex ea uel ab
eo extrahitur , argentum uiuum nomi-
nauerunt , quod diuiserunt in duas par-
tes , quas illos oportuit duobus nomi-
nibus nominare . Quidam enim dixe-
runt coelum & terram . Quidam mascu-
lum & foemina , quidam lapidem &
aquam , quidam spiritū & corpus , qui-
dam ouum & gallum , quidam homi-
nem & magnesiam , quidam uile ac ca-
rum & stercore tectum , ad quod uix
poterit

pōterit pertenirī , quod homīnes ac
pueri in placis et uījs prētereunt, id est,
humidum, quorū expositio in sequen-
tibus apparebit. Vnde Rasis in lumine
luminū. Sapientes quīdam in uno
scilicet humido , quidam in duobus scis-
licet masculo & foemina, quidam in tri-
bus , scilicet spiritu , anima & corpore,
scilicet aqua, terra, & tinctura, quidam
in quatuor, scilicet elementis, subsistere
uolunt. Sapientes tamen dicunt, quo-
modo quīcꝝ elementa ex radice una
scilicet ære Philosophico pullulant, sci-
licet quatuor elementa , calidum , frig-
idum, humidum, & siccum, & quinta es-
sentia, quę nec est calida, nec frigida, nec
humida , nec siccā, nullo alterius gene-
ris adueniente. Nam & seipsum dissol-
uit, & coagulat seipsum, albescit, & ru-
bore decoratur, seipsum croceum facit,
& nigrum , præterea seipsum despon-
sat, id est, spondet uniri, quia natura na-
turæ congaudet, propter uicinitatem, id
est proximitatem naturæ, inter illa, & à
seipso concipit, quia unum est genus
omnium illarū specierum , scilicet ma-

sculi

sculi & foemine, & spiritu Lunę, & na-
tura naturam uincit, & natura natu-
ram continet, quousq; finem operis ac-
celeret. Adomat. Sciatis quod non est
nisi res una, quæ patrem habet & ma-
trem, & eius pater & mater eum nutri-
unt, atq; pascunt, nec ipse à suo patre &
matre in aliquo differre potest. Her-
mes, cuius pater est Sol, mater uero Lu-
na. Et Assiduus cuius mater est uirgo,
& pater non concubuit, ergo est gene-
ratio casta. Et iterum Hermes dicit, nō
conuenit rei, nisi q̄tiod propinquius est
ei ex natura. Et statim aditinxit. Humi-
ditas autem est ex dominio Solis. Et dis-
cit Dantinus. Quod omnis res artis hu-
iūs, non est nisi de eo, & cum eo. Quia
omnis tinctura à suo simili procedit. Et
Actorienes, Quod tres species ad totū
magisterium sufficiunt, scilicet fumus
albus, id est uis quinta, id est aqua cœ-
lestis, & Leo uiridis, id est æs Hermetis
& aqua foetida, quæ mater est omnium,
ex qua, & per quam, & cum qua præ-
parant ipsum in principio & in fine.
Has igitur species tres, & eius confe-
ctiones

ciones nemini detegas. Sed stultis hoc magisterium circa quamlibet aliam rem querere, & querendo errare contingit, quia ad eius perfectionem non peruenient, donec Sol & Luna in unum corpus redigantur, quod nisi Deus uero fuerit, nunquam fiet. Et Aristoteles in epistola ad Alexandrum dicit. Quod huius artis duo sunt lapides principales, albus et rubeus, mirabilis naturae. Albus in occasu Solis incipit apparere super facies aquarum, abscondens se usque ad medium noctem, et postea uergit in profundum. Rubeus uero ex opposito operatur, quia incipit ascendere super aquas in ortu Solis, usque ad meridiem, et postea descendit in profundum. Et in alia epistola dicit, Aqua instrumentalis in arte intelligitur esse duorum, quorum unum soli, alterum Lunae deputatur, et iam archanum coeleste perfeci. Et Kalid in his duobus lapidibus quos designauit, est quatuor naturarum relictorum perfectio, quorum alter est uir, id est Sol; alter uero uxor, id est Luna. Et Hamuel commentator. Haec est

e magnesia

magnesia nobilis, quam commendaverunt omnes Philosophi, quæ ex multis uocabulis una est res, et sunt duæ aquæ diuinæ, Lunaris scilicet et Solaris. Nec una ex eis operatur sine alia. Et Hermes dicit. Quod lapis iste est secretum totum, & uita uniuscuiusq; rei, & omnis homo indiget eo. Et hæc est aqua, quæ est in tritico fermentum, & oliua oleum, & in persicis gummi, & in omnibus arboribus fructus diuersi, & principium generationis hominis est ex ea, & est uiuum, quod non moritur, quam diu mundus est, quia est caput mundi, id est humor. Rasis in libro luminum, Superuacue uidetur tibi illud nominare, et designare, quia nunquam à te recedit, quia si morieris, tecum morietur. Sed si interierit, cum ipso obibis mortem. Et in eodem libro de minerarū arte, sic loquitur, sed diffusus est sermo. Oleum quoq; suscipiens colorem, id est splendorem solarem, ipsum sulphur est. Idem etiam est æs. Ergo Platō dicit, omne argentū uiuum sulphur, sed non è conuerso, et omne aurum æs, et non omne

omne æs aurum. Textus. Sed omne o-
leum soli comparatur atq; auro. Ergo
Hermes pinguedo est ex dominio So-
lis. Et humiditas ex dominio Lunæ,
quia omnis frigidæ oleum est humidit-
as, et omnis calidæ oleum est pinguedo.
Textus. Atq; secundario mortem re-
spiciendo ab ipso oleum exprimitur,
sed propter siccitatem terræ, postquam
totus uapor æris, est extractus in aqua
sibi simili. Dicitur etiam opus mortis,
propter rubiginē. Vnde Theophilus,
Dico uobis quod ferrum non fit rubi-
ginosum, nîli per aquam illam. Et ipsa
est quæ laminas tinxit, Et Bonellus.
Ego autem dico uobis, Sumite ferrum
facientes inde tabulas, postea aspergite
eas ueneno, & ponantur in uas, cuius
os bene claudatur &c. Et propter nigre-
dinem in opere primo & secundo ap-
parentem, dicitur Mars. Vnde Florus.
Et scitote quod prima nigredo ex na-
tura Martis fit, & ex illa nigredine ex-
ortus est rubor, qui nigrum emunda-
uit, & pacem interfugiens, & non fu-
giens ordinavit.

¶ Et

Est enim Mars deus bellī. Textus.
Quod autem fex, id est nigredo atq; tin-
ctura emittitur, aqua uocatur perpetua
& incorruptibilis, fex ipsa dum nigre-
scit, magnesiæ nomen usurpat. Glosa in
turba. Ablue donec exeat nigredo, quā
quidam nummos uocauerunt. Et Gra-
dīnon ait. Rebus artis nostrę semel con-
tritis, & coctis inuenietis nigredinem,
& illud est plumbum sapientum, de
quo dixerūt, nummi nostri nigri sunt.
Textus. Alba fex ipsa plumbū album
nominatur, id est stagnum. Ipsa quidē
Mercurio ascribitur, & ipsa est oleum,
quod cum digniori administratione
præparata, ipsum aurum uiscosum, &
attramentum nominant, & gummi rit-
bicundum, & Auripigmenti rubei sibi
nomen assumit, quia est pinguedo au-
ri, & tota eius tinctura. Textus. Natura
quinta ipsa est Veneris apud Philoso-
phos, quæ nec calida nec frigida, nec
humida, nec sicca est, sed medium. Ea
etiam Auripigmentum croceum, &
Iris, pro multipli eius colore dicitur.
Est enim lapis à quo procedit omnis
color,

color, ipsa est aqua perpetua , alba quidem , quando primo candida apparet, hinc etiam albumen ouī , & acetum, asqua marina & almizadir, & similia his nomina attribuunt. Ex hac quidem aqua , & ex hoc corpore argentū uiuum mutatur. Et sicut candor in rubeum se transformat , sic hoc oleum occultum & secretum in candido amplius argenti uiui quod iam prædictum est, totius operis exordium & radicem firmat. Et cum perfectum fuerit stagno, uel plumbo uel æri supra positum , in argenti optimi speciem conuertit. Ipsum quoque deinceps de auri tinctura produci possibile est. Et tandem rubescente, oleum scilicet sulphuris cū argento uiuo, quod de candido corpore habet esse, desponsandum erit ex aqua æris candor , et serenitas argenti uiui , quæ album efficit, et ipsa est rubea, post candorem, namque rubescit. Hoc itaque oleum et argentum uiuum in unum redacta , unum quidam constituant , unde uetus et commune sentit prouerbiū , et est sermo sapientis. Seruit rubicundus candidā

e iii duxit

70 CONSILIVM CONIVGII

duxit uxorem , et per conceptionem se-
minis grauida , peperit filium , qui o-
mnes suos progenitores , id est Solem
et Lunam , superat . Cum igitur Argen-
tum uiuum ex candido corpore proce-
dit , oleo , id est sulphuri sociatur . Glo-
sa , argentū uiuum de argento sociatur
oleo , id est pinguedini solari , quæ ma-
sculus est , et illa fœmina . Textus . Etiam
habet argentum uiuum nomine ulte-
rius designandum . Nam quæ corpora
candida et rubea sunt commixta uel
admixta , totum hoc , corpora quatuor
nuncupamus . Sic igitur de argento ui-
uo in corpore magnesia , id est per cor-
pus candidi , et rubicundi solutum , co-
gnoicunt congelari . Etiam Hermes in
libro ducatus , qui est unus de 7. dicit .
Fiducia in duabus rebus consistit , qui-
bus tertium adiungitur , et est idem di-
ctum quod prius . Et idem alibi dicit ,
tres facies , id est , spiritus uidi , ex uno
patre natas , id est una progenie , quia
ipsorum est unum genus , quarum una
est in igne , altera in aere , tertia in aqua .
Quia scilicet Hamuel commentator se-
nioris ,

nioris dicit. Est aqua uitæ triplex, quia est unum in quo sunt, scilicet aer, ignis, et aqua, in qua est anima exorta, quam uocant aurum, et uocant eam aquam diuinam. Textus. Quas scilicet facies pater eorum coniunxit, pater id est genus unum, quia homogenea sunt, ideo symbola, et cum uidit eas esse coniunctas, scilicet naturas tres, quia se congaudent, tunc uno ore locuti sunt, scilicet illæ tres naturæ coniunctæ in aqua, dicentes, eas quæ situm quatuor elementorum naturas, scilicet in terra, quia in corpore mortuo sunt quatuor, Calidum, humidum, frigidum, et siccum, et ista uniuntur per aquam illam, quæ omnia operatur, scilicet uiuiscat, mortificat calcinando, et cætera soluit, et se cum terra coagulat. Textus. Quas scilicet naturas quatuor formicæ, id est nigredo de uentre terræ aeris Philosophici, prius eduxerunt in aquam, quæ nec est calida, nec humida, nec frigida, nec secca, sed medium omnium in corruptibili, coniungens tinturas fixas. Et Lucas philosophus. Comburite aes, id est

72 CONSILIVM CONIVGII

comburite argentum, et comburite aurum, quod nō est nisi unum, combure, combure, quia comburere est dealbare, scilicet prima et secunda dealbatione. Et rubeū facere est uiuificare, quod est ultimū operis. Et idem subiungit. Definitio artis huius est, corporis liquefactio, id est solutio in aquam, et animæ à corpore diuisio, animæ quoq; corpori suo mundo reassortatio. Aes enim nostrum habet animam, et corpus, sicut homo. Oportet ergo dirui corpus, et animam separare ab eo, quod non penetrat corpus, sed anima, id est tinctura in aqua, quæ est subtilis et tingens ipsum corpus, id est terram mortuam, penetrat, et ita est corpus, et anima in natura. Et subiungit pulchrū ænigma et obscurum, quod splendor Saturni, id est nigredo solaris, quæ est spiritus eius, et tinctura, dum scandit in aéra, id est, dum resoluitur in uaporem aéreum in aqua sua, ex qua est prius, non apparet nisi tenebrosus, id est, uiget, et tunc nascitur proles Philosophorum. Textus. Mercurius, id est Stilbon, quasi stillans bonum.

bonum, radio solari, id est splendori Solis, occurrit, ut coniungatur lumen lumen, et albificetur post summam nigredinem. Textus. Et argenteū uiuum, id est aqua uiua uirtute sua ignea, id est solari, quae potentior est igne, corpus scilicet mortuum uiuificat, id est rubificat, et perficit, id est, figit. Praeterea de lapide isto impari, Castis in turba dicit. Si uultis ad perfectionem nummum nostrum, id est æs experiri, inspicite, si est aqua inpalpabilis, id est munda, & purgata à nigredine, scilicet quod est oleum, quod quasi frusta desuper natare conspexit, & congregatur, & in aquam candidam conuersum fuerit, quod si tale inueniatur, est aptum, quia aliter non tingeit. Ratis. Spiritus in corpora habet ingressus, quum adeo munda & purgata subiaceant. Et haec radix est præcipua huius negotij. Sequitur. Et scitote quod si aliud quidquam præter æs nostrum, & aquam nostram sumitis, & in aquam nostram rigatis, nihil uobis proficit. Si uero æs nostrum per aquam nostram rigatis, ueritatem inuenietis. Et subdit,

e v Per

74 CONSILIVM CONIVGII

Per Aes nostrum , & aquam nostram, permanentem, Philosophi significaue-
runt in hoc lapide , quem etiam lento i-
gne coqui iusserūt, quæ utiqꝫ duo sunt,
lapis noster nummosus, scilicet æs & a-
qua. Et sunt etiam id de quo dixerunt
sapientes, quod natura, natura lætatur,
propter propinquitatem naturæ in illa
duo , id est masculum & fœminam , ac
aquam nostram, & est eiusdem naturæ
scilicet aqua illorum duorum, id est So-
lis & Lunæ, inter quæ maxima consistit
propinquitas , quæ nisi esset tam cito,
non conuerterentur, scilicet in unum.
Et Castis in turba. Quod non exit ab
homine nisi homo , nec ex uolatili nisi
uolatile. Et natura non emendatur, nisi
per naturam. Ex ea quidem & non ex
alia colitur ars, quam nisi capiatis, & ri-
gatis, non bene agitis. Lungite ergo ma-
sculum , id est Solem filium , scilicet so-
rori suæ , id est Lunæ odoriferæ , id est
per odorem seu fumosam euaporatio-
nem, & uobis artem gignent, & nolite
eis alienum ingerere puluerem , nec
rem aliam, præter aquam suam, & sub-
dit.

dit. O quam præciosissima, & mirifica
est, serui huius rubei, id est Mercurij ru-
bificati, natura. Ipse enim est sine quo
regimen operis stare non potest. Et dis-
cit Rasan. Quod natura illa masculus
est, & foemina ; & inuidi uocauerunt
eam magnesiam, eo quod in eo est ma-
ximum archanum.

Et Assaracus. Qui ueritatem uult
consequi, capiat Solis humorem & spi-
ritum Lunæ , quia sulphur sulphure
continetur, & humiditas humiditate. Et
Arsuberes, sulphur sulphure, id est ar-
gentum uiuum cum ære. Omne enim
argentum uiuum sulphur est, sed ambo
sulphura sunt incombustibilia, & hu-
miditas humiditate , id est Mercurius
humiditate æris. Et Constans dicit, Ni-
hil aliud curare, nisi quomodo duo sunt
argenta uiua , uidelicet fixum in ære &
uolatile fugiens in Mercurio. Et inui-
dus dicit, quod hoc sulphur , id est ar-
gentum uiuum , consuevit fugere, &
sublimatur sicut uapor. Oportet enim
alio argento uiuo sui generis, id est gris,
retinere, & fugā cohibere, quod si cum
albo

albo uel rubeo sulphure sui generis nō
misceatur, id est, auro uel argento, pro-
cul dubio fugiet Argentū ergo uiuum,
argentī uiui sui generis iungite, quo
peracto maximum habebitis archanū.
Et Parmenides. Dimittite aquas, bro-
dia, corpora, & lapides, sed nummos
causate, & æs pro nigredine, & stagnū
pro liquefactione sumite, id est, fac ta-
bulas, id est folia de auro, & pro nigre-
dine sumite, id est cum Mercurio deni-
grate, & computrescite, & stagnum pro
liquefactione sumite, id est, quando ui-
deris ipsum album totū, tunc est lique-
factum, id est, in aquam conuersum.
Subdit idem Parmenides, dimittite ser-
mones superfluos, & accipite argen-
tum uiuum, id est aquam compositam,
& congelate eam in corpore magne-
siæ, id est in terra aquæ diuinæ, & fiet
album & rubeum, id est aurum & ar-
gentum. Et dicitur lapis magnesiæ, quia
secundum Pythagoram, est res illa con-
sequens socium suum, sicut magnes fer-
rum. Quoniam sicut propinquitas est
magnetis cum ferro, sic consimilis est
aquaæ

āquæ cum terra. Et sicut anima cum corpore letatur, sic natura quidem cum natura sibi comparata cōgaudet. Et Eximius dicit. Dico uobis ueraciter, quod non est tinctura uerax, nisi in aere nostro, nolite ergo pecunias uestras in uatum consumere, cordibus & animabus uestris tristitiam inducendo. Et Hermes ait. Quod Azoth, id est argentum uiuum, & ignis putredinis, qui est ignis sapientum, latonem, id est æs abluunt atq; mundificant, & eius obscuritatem ab eo penitus eripiunt. Quod si recte ignis modum disposueris, Azoth & ignis in hac dispositione huius rei tibi sufficiunt, unde Ewo intersector ait, Dealbate latonem, id est æs, & non potest dealbari, nisi soluatur in Azoth, & libros rumpite, ne corda uestra rumpantur. Et Dantinus inquit, Laton quamvis prius sit rubeus, tamen inutilis, sed si post rubedinem in album uariatur, multum ualebit. Et Hermes, In primis est nigredo, & postea cum sale & anatron, id est igne & Mercurio sequitur albedo, & in primis fuit rubeum,

& in

& in ultimo album. Et supra dicta nigredo, omnino auffertur, ac deinde ueretur in rubeum, lucidum nimis pulchrum. Et Marion dixit, quum Laton noster, id est es nostrum, cum Aekibric comburitur, id est cum sulphure nostro humido, albo, incombustibili, & mollietie Azoth super ipsum funditur, ita ut feruor, id est pinguedo calida eius tollitur, tunc omnis obscuritas atq; nigredo ab illo auffertur. Humor enim in igne generat nigredinem, quo humore digesto, sequitur albedo, sic est in proposito. Et cum in aurum purissimum conuertitur, id est in colorem aureum in effectu non aspectu, quia aurum uiscosum & album est in aspectu uel uisu. Non igitur in uanum testimonia de minera artis ad loca adduxi diuersa. Quia dicit Morienes. Ego autem dico tibi, quod in specierum ponderibus nihil expendas, & maximè in auri artificio. Quia si quidquid aliud ab hoc lapide quis in hoc magisterio quæsierit, assimulatur uiro per scalas atq; graduas ascendere nitenti, qui cum nequie-

tit,

rit super faciem suam pronus in terram
cadit.

Et postea dicit quod in hoc lapide
sunt quatuor elementa, & assimulatur
mundo, & mundi compositione, nec in
mundo alius lapis inuenitur, qui huic
assimuletur in effectu uel natura. Qui-
cunq; autem alium lapidem ab hoc ma-
gisterio quæsierit, eius opera omnia
frustrabuntur. Hamuel. Iam demons-
trauerunt tibi sapientes modum ma-
nifeste per prohibitionem à rebus ua-
nis, unde lucratus es multum, & rede-
misti pecuniam tuam, ne expendatur
in uanum. Et hæc est magna utilitas, si
intellexeris. Ut autē plenius pateat hoc
capitulum, figuræ minerarum & com-
positiones earum cum distinctione o-
peris duplicitis, quas senior in domo sua
in imagine sua descripsit, scientiam pul-
chriorem, sed obscure, ego exponam
breuiter. Dicit Senior, Intraui ego do-
mum quandam subterraneam, que do-
mus est thesaurorum. Et uidi in tectis
nouem imagines aquilarum, habentes
alas expansas, ac si uolarent, pedes ex-
tentos

tentos habentes, & apertos, & in pede
uniuersiūscq; aquilæ, similitudo arcus
ampli, quem solent ferre sagittarij. Et à
dextris, & à sinistris domus, imagines
hominum erant, prout possent esse per
fectiores, stantium, induitū diuersis spe-
ciebus, & coloribus, habentes manus
extentas ad interiorem thalamum, im-
minentes ad quandam statuam intus
in domo. Et in interiore parte thalami,
erat imago sapientis, quæ habebat ta-
bulam uniam marmoream in longitu-
dine unius brachij, & latitudine unius
palmæ, in manib; suis super genua
sua. Et digitū manuum eius desuper re-
flexi, et desubtus, ac si innueret respicere
in eam, sicut in librīs apertum cuilibet
uidebatur intuenti. Et habebat tabula
illa columnas sicut liber, diuisa enim e-
rat per medium, & in parte in qua se-
debat sapiens, erant imagines diuersar-
rum rerum, & litteræ barbaricæ. Et in
prima medietate tabulæ erant quinq;
in inferiori parte tabulæ. Prima sphæra
ex durabus avibus pectoribus inclina-
tis, quarum una habebat alas abscisas,

scilicet

scilicet masculus. Alia uero super istam erat alata, scilicet foemina, & utraq; tenebat rostro caudam alterius, ac si uolans uellet uolare cum altera, & illa uellet retinere uolantem. Et erant istae duæ aues homogeneæ in una sphæra. Deinde alia sphæra & Luna plena. Superiorius in prima tabula erant duo iuxta caput uolantis, imago erat Lunæ crescentis, & ex altera parte Luna plena in sphæra. In altera uero medietate tabulæ secundæ, erant similiter quinque, tria superiorius, & duo inferiorius. Superiorius Sol cum diutibus radijs, qui est Sol duplex & imago duorum in uno. Et ex altera parte imago Solis cum uno radio, qui est Sol simplex, quasi imago unius in uno, & radius descendebat circumdans terram nigram, in inferiori parte diuisam per tria. Tertia eius habebat Lunam crescentem, pars interior alba sine nigredine, & sphæra nigra circumdabat eam. Ethæc sunt duo scilicet terra, ex duabus naturis, scilicet sphæra nigra, & Luna quam circumdabat, & superiorius tria, scilicet Sol cum

f. dubbus

duobus radijs, & Sol simplex, cum uno radio, & haec sunt omnia decem secundum numerum nouem aquilarum, & terre nigræ. Glosa. Domus haec thesaurorum, est uas artis in sumo pendens, sterquilinij, de quo postea diffusius dicetur. Nouem uero aquile sunt nouem partes aceti, seu maris nostri, quia sicut pennæ aquilæ suscipiunt aurum cum deaurantur, ita nulla alia res potest soluere solem, nisi aquila nostra, nec ulla alia aqua sit aurea. De quo dicit Marion. Nihil est, quod à latone suam obscuritatem, uel suum odorem aufferte potest, sed Azoth est quasi suum tegumentū primo uidelicet, quando decoquitur, nam & eum colorat, & albū redit, & iterum laton dominatur Azothon, quia eum rubicundum reddit. Alius quoq; Philosophus dicit. Et Azoth nequit substantialiter Latoni aufferre suum colorem, uel eum mitare, nisi quantum ad uisum, sed Laton ab Azoth suam auffert substantialiter albedinem, quoniam inest ei mirabilis fortitudo, quæ super omnes colores apparet,

paret, Laton quidē Azoth dominatur,
& eum reddit rubicundū, cum nouem
aquilis, id est nouem partibus aquæ, uo
lat tinctura æris nostri, & sublimando
in illo vase suo dealbatur totum, unde
Rasis. Substantia omnium rerum de
cimæ adæquatur parti, si autem totum
signare uolueris, nouem decimas sui
necessæ est fieri de substantia aquæ. Et
Moïses in turba. Iungite primo nouem
partes de aceto, hec enim aquilæ habent
arcus extensos, mortificantes corpus, &
extrahentes eius animam quæ est tinc
tura æris. Parmenides. Hoc mare ru
beum uertit aurum in rubeum ignem,
eo quod natura, natura lætatur. Coqui
te igitur in humore, donec appareat na
tura abscondita, id est donec priuetur
nigredine quæ fuerat Ethel, de Ethel, id
est de argento. Rosen. Si fuderitis, id
est solueritis in aquam nostram, cor
pus album, id est æs nostrum, extra
hentur ab eo flores, id est tinctura eius.
Et Aristeus in turba. Accipite corpus
quod magister sumi iussit, facientes in
tabulas tenues. Deinde in aqua ma

ris nostri ipsas ponite, quæ postquam reguntur, aqua permanens dicitur. In igne leui decoquas, donec confringatur corpus, & fiataqua, et proiecite Ethelie, id est argentum uiuum iungite, & len-
to igne simul assate, donec fiat brödiū, saginatum ex pinguedine solari, & in suum proprium Ethelie conuertite, scis-
licet ex quo fuit, & natura est composi-
ta, donec fiat nummus bonus, id est ni-
gredo, quam Solis florem nuncupa-
mus, coquite eum etiam donec priue-
tur nigredine, & appareat albedo, & est
æs combustū, & auri flos. Pythagoras
in turba dicit. Est acetum acerrimum,
quod aurum merum spiritum facit es-
se, quò habito nec albedo, nec nigredo,
nec rubigo consistit. Et cum istud ace-
tum miscetur corpori, uertit ipsum in
spiritum. Ipsum quoque tingit tinctura
spirituali, quæ nunquam deleri potest.
Et filius Azir. Hoc acetum comburit
corpus, & uertit ipsum in cinerem, &
dealbat eum similiter, & si coquitur, do-
nec bene priuetur nigredo, fiet lapis &
nummus albissimus. Postea subiun-
git.

git. Nunc per istam dispositionem, ostensiva est uobis natura fortior omnibus naturis, atque potentior, ac nobilior, quam sola Dei miseratione acetum purum noui esse, & quanto plus libros legebam, tanto plus agnoscebam. Homines uero pro ut possent esse perfectiores, induiti diuersis speciebus, & coloribus sunt Philosophi, & Prophetæ seruus Dei, qui annuunt ad legendam & intelligendam sapientiam Dei altissimi, ut percipiant, quod qui seruus Dei est, quod thesaurus eius nunquam deficiet. Litteræ uero barbaricæ, & infinitæ species, sunt ænigmata & obscura sophismata infinita sapientum, ut ea à malis celarēt hominibus. Vnde in Turba. Cum enim infinita habeant nomina, uno tamen nomine nominantur, in quo non est fallacia, nec diuersitas. Et hoc ubi non prodest magnifice nominatur, & ubi prodest ibi celatur. Est enim lapis & non lapis, & quia spiritus, anima & corpus, est albus, uolatilis, concavus, quo ad porositatem terræ. Et quia totam combibit terram suam sal-

f. iij sus,

sus, pilis carens, quem nemo infringidat
tum ualde, id est sublimatum, tangere
potest sine magna offensa, quem si uo-
lare facis, uolat, & si dixeris ipsum esse
aquam, uerum dicas, et si dixeris ipsum
non esse aquam, falsum dicas. Non igitur
pluralitate nominum decipiari sed
certum habe, quod unumquodque est,
cui nihil alienum infertur. Eius igitur
socium inuestiga, id est æs, & nihil a-
liud ei inferas. Et sine homines multi-
plicare nomina, quæ si non multiplicar-
entur, sapientiam nostram pueri deri-
derent. Hęc omnia scripta sunt in Tura-
ba, in fine de ænigmatibus sapientum.

Duae aues sunt homogeneæ, id est u-
nius naturæ, & sunt lapis sapientum,
masculus est sine alis, id est non potest
uolare, quia de se ignis nō potest ipsum
corrumpere, nec exhalare in igne, uel
nullum salium, aut spirituum aut alumi-
num, nisi aquila nostra dicta. Avis ue-
ro alata est fœmina, quæ cum corpori-
bus corruptentibus consumitur. Vnde
dixerunt. Facite fœminam super ma-
sculum, & ascendit masculus super fœ-
minam,

minam, quoniam per foeminae adiutorium, & aquae suae uolat, & spiritus efficitur humidus, et argentum uiuum ab hominibus extractum, id est, ratione & magna intelligentia. Vnde Theophilus. Et quidquid inuidi in suis libris occulte narrauerunt, argentum uiuum significare uoluerunt, quod alij aquam sulfuris, alij plumbum album, alij aës, alij quando nummus compilatus nominatur, & coniunxerunt masculum cum foemina in proprio humore, quia sine masculo & foemina nullus natus generatur, Morienes quinq[ue] partes seu ordines describit lapidis. Primo est coitus, 2. conceptio, 3. impregnatio, 4. ortus, 5. nutrimentum. Si enim non fuerit coitus, non erit conceptio, & si non fuerit conceptio, non erit impregnatio, & si non fuerit impregnatio, non erit ortus. Hæc est huius dispositionis directio, quia scilicet hominis creationi assimilatur. Vnde prius dixit Morienes, O bone rex tibi confiteor uerum, quia hæc diuino nutu in sua creatione magis conficitur, Omnis enim à Deo creatio,

f. iiii. sine

sine ista aqua persistere non potest, scilicet humore seu aqua, & post subdit. Quid multa referam? haec enim res a te extrahitur. Cuius minera existit apud te nunquam, & illam inueniunt, & ut uerius confitear, ex te ipso accipiunt, & nullius mineram exegisti. Intellige quo ad creationem hominis de mare & foemina, & libidine quoad humidum. Si enim non esset humidum in utero, sicut dicit Bonellus in turba, non saluaretur sperma, donec foetum producat. Et assiduus humidum aquosum lapidem suum dicit, pro sophisme. Et scito fili quod hunc lapidem de quo hoc archa num extrahitur, Deus non emendum præcio posuit, quoniam in uis eius inuenitur, ut a paupere & diuine haberi possit, ut ratione ac scientia possit ad eum quis leuiter peruenire, humidum vero ubique est, & lapis noster humidus est, humiditate aquosa, & metallina, unde dixerunt ipsi & uilissimum & præciosissimum quod est in mundo. Humor enim communis, de quo omnia generantur imprætiabilis est, Hamuel exponit

pōnit hoc utilissimum dicens. Præciosus quod est in mundo ex uestibus est sericum, & est ex uermibus, & mel in quo est sanitas hominis, est ex apibus, & margaritæ ex Conchis extrahuntur. Et homo qui est dignius, quam quod est in mundo, est ex spermate. Aes uero artis, & mineram sola hominum opinio facit præciosos, ut dicitur in de consolatione philosophiæ, pulchritudinem enim quam habent, non est eorum, sed lucis. Omnis enim color est lux in corpore perspicuo, terminata per opacum. Aurum enim, argentum & gemma de natura sua latere uolunt in luto, & terra opaca, unde hoc significare uoluit Morion dicens. Si hoc quod quæsieris in sterquilino inuenieris, illud accipe. Si uero in sterquilino non inuenieris, manum tolle ex marsupio. Et idem Gratianus. Et si hoc in stercore inuenieris, quod tibi placet, uel expedit, nihilominus tolle, significans quod de minera recenti accipere debes, quod non fuit in opere. Et quod subdit Morion: Omnis enim res quæ magno emitur præ-

f v c i o,

90 CONSILIVM CONIVGII

cio, in huius operis artificio mendax, &
inutilis reperitur, significat prohibitio-
nem à rebus uanis, ut margaritis argen-
to uiuo, sulphure, arsenico, sale armo-
niaco, quæ ignem fugiunt. Quomodo
igitur expectabitur bonum de eo, quod
nō est permanens. Tinctura enim quæ
extrahitur à corporali & cōbustibili ras-
dice, annulatur, sicut est radix eius. Nō
enim mutantur res, ut à radice sua exe-
unt, in mineralibus, nec in seminibus
uidetur uegetabilium, & seminibus ani-
malium, ut ex ouo fit pullus, diuersis
transmutationibus, à quo habet radi-
cem. Et similiter ex spermate fit homo,
nullo alio super ingrediente, nisi men-
struo sanguine, ex quo fit sperma, sicut
ex sanguine sibi consimili, per quem
nutritur.

Sed egestio stercoris, & urinæ, & san-
guinis, capilli, & oua, & similia nullam
uicinitatem habent cum metallicis. Ita
quod à radice ipsorum possit fieri au-
rum, & argentum, sicut quidam putant
ignorantes, non enim exit ab hominē
nisi homo, nec ex simili nisi sibi simile.

Igitur

Igitur aurum & argentum non nisi ex consimili specie eius. Vnde ait Senior filius Hamuel. Vnumquodqz animal non generat res ex se, nisi cum eo quod est ex eo, cum specie sua, quod est homogeneum ipsius. Similiter Adam & Eva & omne hominum genus. Ergo omnis res conuenit cum suo simili. & propinquo ei secundum speciem. Incipe in nomine domini nostri Iesu Christi, & cognosce naturam eius, est enim a radice materiae sua, quod in eodem & de eodem est, nec ingreditur aliud super eo, quod non sit etiam ab eo, & est radix eius. Similiter Mercurius est ab eo, & hoc est ex quo extrahitur, & est in eo, & ex eo.

Lapis enim Philosophorum, est aqua congelata, scilicet in auro & argento, & repugnat igni, & resoluitur in aquam suam, ex qua componitur ex genere suo. Vnde Hermes. Non conuenit rei nisi quod propinquius est ei ex natura sua, & generabitur in illa proles ei similis. Et statim subiunxit, humiditas autem est ex dominio Lunæ, & pinguedo

guedo ex dominio Solis. Vnde hæc
duo scilicet Sol & Luna, unum sunt &
coagulum & semen. Et Aros Rex di-
cit, Aqua non conglutinatur nisi cum
simili sulphuris sui, nec inuenitur in re
aliquid simile sui, nisi quod est ex eo.
Et Kalid filius Isid., Præteriti, nec præ-
sentes possunt tingere aurum; nisi cum
auro & cætera, in Seniore inuenies. Et
hæc de duabus auibus & aquilis dicta
sufficient.

Sequitur. Quare posuit plures Soles
& Lunas? Responso, quia non egre-
ditur simul uno actu spiritus & anima,
sed paulatim pars post partem succe-
siue. Hec in seniore plane declarantur.
Sed ego exponam, quod ille prætermi-
tit, Duæ plenæ Lunæ & materia, sunt
quinq; à minori computando, scilicet
media Luna, & quatuor media Lunæ
sunt in duabus plenis, & duo soles, sunt
omnia septem. Et hoc est quod postea
est dicturus. Septem sunt ordines pon-
deris, quinq; ex eis sunt absq; obscuriti-
tate, scilicet Lunæ duorum lucentium
est pulchritudo, id est, duarum partium
Solis.

Solis. Et quia non est nisi imago Solis & Lunæ, in tabula & numerus, pondus sequitur numerum figurarum in ea, & subiungit postea. Scito unius radicis non minus quam tres, & tertiam dimidiam partem esse, quod scilicet pondus ponitur, cum eo, id est Sole ad illud, scilicet tertium, id est nouem. Secundum enim quod Hermes dicit, Sol & Luna sunt radices huius artis. Et Rasis tres partes ignis & septem terræ precipit recipere, & pars parti ut dicit equatur correspondendo, scilicet æqualitate proportionis. Et secundum opinionem Obede, Rasis de luce quatuor partes, & de aëre partem unam, & ex igne partem unam. In libro trium uerborum, quatuor ponuntur pondera, primum est de terra undecim partes, & de igne partem unam, & inferas eis de uengento, & pone ad soluendū quo usq; conficiantur. Hæc autem dissolutio est ab eo colore accepta. Quidam dicunt tres partes terræ, & unam ignis, regimen uero unum & idem, & utrumq; rectum, primum tamen melius dicit. Et Zenon in turba,

94 CÖNSILIVM CONIVAGII

turba, dicit, unam partē de sincero cor-
pore, id est, Solis & trēs de alio ære, de-
inde commiscite aceto, & continuo co-
quite quousq[ue] terra fiat. Et Dardatis in-
turba dicit. Quod quatuor nummi vul-
gi non tinguntur, sed tingunt æs, id est
Mercurium, tincto autem ære, tingunt
nūmmos vulgi. Et dicit, quod argentū
trivium est quatuor corporum, quæ sunt
animaæ occultæ in corporib[us] quatuor.
Alij dicunt, quod non, sed sint septem
partes terræ, & una ignis, & hoc etiam
bonum est, primum tamen melius. Qui-
dam dicunt quod nō, sed sint undecim
partes terræ, & una ignis, & idem regi-
men est, primum tamen melius. Et sub-
dit. Operare ergo quod uolueris, quia
regimen est idem, & spatium temporis
etiam idem. Et ut quidam dicit in libro
Iuminum, uolunt tres partes terræ, &
unam ignis, quod tamen Rasi non plas-
cat. Dic̄t ergo, non enim præcī inæqua-
litas commutari debet. Et nota quod
folia cum duabus partibus ungenti de-
bent lento igne amalgamari, & postea
totum unguentū infrigidari, cum pon-
dere

dere suo uero, ita quod sint nouem unciarū, et æris una pars. Et in turba Pandolfus. Ecce quod in ouo sunt quatuor, terra, aqua, aér, & ignis, & punctus Solis in medio rubeus, qui est pullus. Et Morienes dicit, quod prima propositio est quasi nulla. Et quidam expertus in hac arte dixit, modicum Solis ut dragma unam, ut sit semen ignis. Et Assiduus omnia inuestigans, dicit duas inueni substantias, scilicet agentem, & patientem, & ecce agens unum ubique, patiens uero plura, ex quo notū, quod in hoc opere accepto uno, duo fiunt scilicet masculus & foemina. Porro masculus ubique singulare, foemina uero plura. Et nota quod duplex est pondus artis, scilicet commune, in quo non est diuersitas, scilicet nouem, & pars decisima. Aliud est pondus singulare, seu plurale, & est duplex, primum est primi operis, & illa est in prima compositione æris, & est diuersum secundum diuersos. Nota de pondere imbibitionis, quantum scilicet potest, Ignis imbibere partes, quod natura scit melius, quam artifex,

artifex, quia natura simul imbibit, nec
sit manuum contrectatio, sed ignis &
Azoth, ut Assiduus dixit. Iam aliud est
pondus spirituale secundi operis, & il-
lud etiam est diuersum secundum diuer-
sos. Athomus in turba uult tertiam par-
tem ignis & duas terrae commissari.
Dicit enim & si fuerit uiginti quatuor
unciae extinguite calorem illum tertia
parte, id est, octo uncias, de aceto. Et Bo-
nelli in turba moderate dicit, Cauete
humorem multiplicare, nec ponatis i-
psum siccum, sed facite ipsum ut massam
forte. Scientes quod si aqua massam mul-
tiplicaueritis, non continebit eam, nec
bene ardebit in camino, id est, non be-
ne exiccatitur, nec cito. Et si nimis sicc-
caueritis non coniungetur, nec coque-
tur. Arsuberes etiam dicit in turba. In-
iungite ipsum aqua niuis, ut apud ui-
sum sufficere credatur, & decoquite do-
nec rubigo consumatur. Morion uero
partem quartam uult ignis & tres ter-
ræ, dicit enim. Nam cum corpus im-
mundum dixeris, mitte postea de fer-
mento, id est aqua uitæ quartam par-
tem

tem sui, fermentum enim auri, est autrum; sicut fermentum panis, est panis. Et quando in eum miseris, depone in Solem ad coquendum, donec hæc duo in unum redigantur. Hermes uero cui nullus fuit similis, quartam partē docet addere, & illam nō simul, sed ex quarto ad quartū, id est, in quatuor diebus, pro qualibet quarta, & tere in mortario, donec fiat sicut pinguedo, uel unguentū, & postea affa ad siccitatem, & iterum humiditatem contere in pluribus diebus, & hoc nouem uicibus solue & coagula: In qualibet enim solutione & coagulatione, augebitur effectus eius. Rasis uero in libro Luminum, aequalē docet addere partem aquæ ipsi terræ, ut in opere suo videbitur. Tamen Hermetis modus est melior istis.

Et sciendum quod Philosophi finem ante principium in suis tractatibus saepius posuerunt, et principium in finem interferentes. Vnde quandoque depressoerunt primum opus, et locuti sunt de secundo, quandoq; primū opus pertractauerūt, dimittentes secundum.

g Quan-

Quandoq; tamē ex radicibus scientiæ, quandoq; sine mineris. Propter quod Hermes in libro radicum, qui est secundus de 7. dicit. Quod sapiētia auctoris, maior est libro suo. Potest enim afferre principium, uel finem cum radice, uel sine radice, sicut primus inuentor. Et in quinto de 7. postquam de contritione aquæ & terræ fatis dixisset, & pondere secundi operis, scilicet de qua rā parte, & de quinta parte, & de altera, dummodo deglutire possit eam. Deinde loquitur de pondere primo in fine, dicens. Quod secundum scilicet sententiam coelestium, & secundum sententiam singularium, & secundum sententiam bonorum materialium, est archa num, & non dicam tibi nisi singulariter. Et hæc est una pars ignis, & tres terræ. Et iam per Deum benedixi, Naturæ enim sunt quatuor, & non plures. Vnde multiplicia sunt pondera eorū, aut penes quatuor naturas elementorum, aut penes quatuor naturas, & a quam secundam, & penes pluralitatem rerum, scilicet trium, qui est numerus perfe-

perfectus. Aut penes septem Planetas, aut penes duodecim signa , quibus opus regitur, pondera sua descripserunt. Primi posuerunt quartam partem Solis , secundi quintam , tertij tertiam, aut paulò plus. Quarti septimam, ut Rasis ponit, septem partes terræ & tres ignis. Quinti duodecimam , & secundum diuersas rationes , diuersa pondera statuerunt. Et quandoq; loquentes de uno opere, posuerunt pondera alterius, unde Senior. Et ipsi forte locuti sunt uerbum in uno sensu, & sub eo est alius. Amplius prima quinc; , scilicet duo superius, Luna semiplena crescens, & Luna plena , & subdus alia tria, scilicet duæ aues, & Luna plena, significant primū opus , quod est extractio tincturarum de corpore , donec nihil remaneat in corpore , quod non ascendit cum spiritu humido, quo modificatur corpus, & in aquam uertitur claram. Primo tamē apparet nigredo , ex dominio humidi in calido , quæ tam diu durat usq; consumatur humidum , & tunc dealbatur aqua. Et de hac aqua dicit Morienes,

g ñ quoq;

quod nihil cum ea facias, ipsa non existente fermentata. Et Senior dicit. Antequam descendere feceris, has tres partes aquę, id est aquam, aërem, & ignem, existentium in aqua super terram eorum albam stellatam, & foliatam, scilicet in secundo opere, prius in primo opere soluetur totum, scilicet corpus humidum, & fiet terra scilicet lapis. Vnde necessaria est preparatio eorum prima, sicut consuetudo est, & hæc est putrefactio corporis cum igne bestiarum subtili, centum & quinquaginta diebus, & quidam 120. diebus naturalibus, & forsan apparebit albedo prima in septuaginta diebus, nec approbatur hoc apud Philosophos, quia significat intentionem ignis. Et ideo primum in humore est apud eum melius, quam secundum, uel tertium, quia significat temperantiam ignis, donec detur albedo, & rusbedo reducatur. Nota licet hæc retoriquatur ad solutionem rerum primam, tamen Senior intelligit de albedine secunda, quæ in 150. diebus resoluitur, cum una tertia de nouem coloribus, aut
quia

quia in 21. die resoluitur in aquam, aut
in 150. diebus resoluitur albedo secun-
da, quæ est primum opus, & coagula-
tio tota totius, quod est uerius & expre-
sum. De hac putredine dicit Pandol-
phus in Turba. Sume occultum hono-
rabile, hoc est magnesiam albam, quæ
in uino mixta est, & contrita, & non ac-
cipiatis eam nisi mundam, & puram,
& ponatis eam in vase suo, & orate
Deum, ut uos ipsum uidere faciat lapi-
dem rectum, & coquite ipsum lente, &
cum extraxeritis ipsum, uidete, si factus
est niger, & si est, bene reexistis. Si au-
tem, regite ipsum album, quod est ma-
gnum secretum, donec operiatur nigre-
dine, et postea nigredo fiat, quæ 40. die-
bus tantummodo durat, & dealbatur,
& coagulatur. Et hæc aqua est flos eris,
aurum Indicum, & aqua croci, & alu-
men fixum, et ut Asuatus in turba ait,
authoritate Hermetis, dicit enim, Her-
mes, partem nummorum sumi iussit, id
est album humidum, et ex ære Philoso-
phorum partē, et nummis commisceri,
et quasi imponere, cuius os bene clauda-

g. ij. tur.

tur, et coquatur 7. diebus unius nominis, tunc conuertetur æs in nummos, id est, in album humidū, et coquatur iterum 7. diebus, et non tædeat decoctio, postea aperiatur uas, et inuenietur nigredo, desuper iteretur decoctio, donec consumatur nigredo, qua consumpta, apparebit albedo nobilissima, et sic cœpisti Solis humorem, et sp̄iritum Lunę, et hoc est opus primum, quod non precedit aliud.

Duę uero aues homogeneę sunt, masculus et fœmina, sed numerus duorū, in unum positus in figuris, scilicet septem, Luna uero plena subtus designat humorem Solis, et sputum Lunæ lapidis humili Philosphorum extrahens dī in aqua sua. Superius est Luna crescens similiter, quia paulatim & paulatim non simul, sed pars post partem ascendit tincturæ. Donec humor totus congelatus in ære, conuertatur in spiritum humidum sui generis, quod designatur per secundam Lunam plenam, quæ est Abarnaas perfectum, et de ista aqua diuina, quæ est lapis Philosophorum,

rum, est totus liber Senioris. Secunda uero medietas figurarū, similiter opus secundum, id est, coagulationis, uidelicet partium aquæ eorum, id est, colorū aquæ, in terra alba munda, id est, fixationis eius in ea. Sol cum duobus radijs, est imago aquæ diuīng, in qua sunt tria, scilicet ignis, aér, et aqua, et est aqua ex duabus naturis composita, maris et fœminæ. Et tamen est aqua triplex, propter rem tertiam additam duabus, et ista aqua non simul imbibitur, id est, conteritur, sed singulariter diuersis radijs imbibitur, conteritur, et coagulatur, et incineratur. Sol uero cum uno radio est, quod aqua triplex est, una natura homogenea in una aqua. Et licet sint duo opera, album, et rubeum, tamē est unum opus in eodem incipiens, et eodem, et non alio modo terminans, et est figura unius in uno. Terra uero est, corpus inferius ex duobus corporibus, cui admixtum est tertium sui generis, quod primo coagulatur, ut speculum, uel gladius denudatus, et postea per maiorem calorem incineratur, et

g. iij iterum

iterum conteritur cum spiritu humido,
donec non appareat, sed ei commisceatur,
et fiat unguentum, et iterum conges-
latur. Deinde incineratur, et sic primū
reducendo super suum finem, donec
plene dealbetur, albedine fixa. Et hæc
est secunda tertia artis, de qua dicit Mo-
rienes. O Rex si regnū tuū uendidisses,
hoc opus non compensares. Deinde
iterum imbibitur donec commisceatur,
et congeletur, et incineretur. Quia dicia-
tur in turba à Pandolpho. Scientes
quoties cinerem unitis, toties opos-
tet ipsum exiccari, et humectari, donec
uertatur color eius in id, quod quæris-
tur, et totum congeletur, et in imbibitio-
ne infinitas emittit colores, donec per-
fectum et ultimum puniceum, et fixum
colorē producat in igne continuo, sine
manuum contritione. Vnde Mundus
Philosophus, postea per 40. dies sinit
donec sp̄ritus pertranseat corpus. Hoc
enim est Regimen, quo sp̄ritus incor-
porantur, et corpora in sp̄ritis uertan-
tur, et monco, siquidē ne compositum
sumiget, quo peracto maximum habe-
bitis

bitis archanum, quod Philosophi in libris suis celauerunt. Terra uero quam circumdabat sphæra nigra, est secunda nigredo, quæ peruenit ex humiditate a quæ missæ super terram. Sed quod diuisa est per tertiam eius, id est, per tria tertia, significat tres salsaturas, uel tres terras, scilicet terram margaritarum, et terram foliorum, et terram auri. Terra margaritarum est prima, terra ex qua extractæ sunt tincturæ in aqua sua, ex qua procedunt margarite, secunda, terra foliorum, id est, colorum, nam uariabilis producit colores donec perfecte dealbetur, est tertia, Vel potest dici primaterra foliorū, quia folia æris mutata, transeunt in aquam, et terrā. Secunda terra margaritarū, quando plene dealbatur. Et tertia terra auri, quæ est tinctura solaris, & ipsa terra post denigrationem secundam dealbata, dicitur aurum Philosophorum. Et aqua est aurum eorum, quia est mater auri, quia generat aurum secundum Seniorem, & ille tres terre, est una natura unius sphærae, & unius generis, & similiter est in-

g v telli

telligendum de tribus salsaturis, & sal-
satis, id est, imbibitionibus, cum tribus
tertijs partium nouē. Prima tertia con-
gelatur, & incinerata, efficitur mascu-
lus, & sunt duo, Masculus Solis, & Mer-
curij, & una foemina Lunaris naturæ.
Deinde per reliquum aquæ quæ sunt
6. colorum partes, fit altera foemina, &
erunt duo masculi, & duæ foeminæ. Se-
cunda uero tertia est salsatura, quod to-
tum nihil aliud est dictum, nisi calcina,
solue, & distilla, coagula & incinera, &
iterum calcina donec totum coagule-
tur, & ultimo figatur, quod est ultima
tertia, & finis operis, de quibus tribus
tertijs, in turba cap. de ænigmatibus,
per omnia ænigmata, postquam opus
suum diuidit in tria. Primo in corpus
mortuum, & animæ extractionem à
corpore, quod est primum opus. Secun-
do de calcinatione corporis, & eius
mundificatione, per aquam suam im-
bibendo, & assando, donec ad modum
niuis dealbetur, seu salis candidi. Ter-
tia est animæ mundæ corpori mun-
do, & candido sociatio, propter quod
ænigma

ænigma primum ponam Turbe. Dicit enim accipe hominem, tunde eum super lapidem uel laminam trahendo, donec corpus moriatur eius, & spiritus eius extrahatur, & hoc est primum. Deinde de secundo dicit, Tunde eum iterū, & trahe corpus, donec spirituale fiat, & eius pereat spissitudo, & esto securus, quod cum suam amiserit spissitudinem, fiet spirituale. De tertio sic statim sequitur. Redde ei postea animam suam, id est colorem. Viuidum, tyrium, deinde pone in balneo, per 40. dies, sicut & in uulua sperma moratur, quod utique regenerationis nostræ est principium, & ita surget creatio, propositumque perageatur. Ecce tres terras ponit, terram mortuam, & terram candidam, quæ est Luna interior alba, quia albedo in uentre libidinis, id est, nigredinis occultatur, & in albedine rubor, id est, terra uiuida, quæ est tertia terra. Vnde Florinus in Turba. Cum albedinem illam supereminentem uidebitis, certi estote quod rubor in illa absconditus est, & tunc oportet uos ipsum extrahere, & tam diu deco-

decoquere, donec totum rubeum fiat.
Quod autē dicit per 40. dies significat
unius nominis. Athomus similiter di-
cit, per 42. dies, & subiungit quantitatē,
scilicet, sicut & in uulua sperma mora-
tur. Hoc est 40. hebdomadas, & quia
cūtius & tardius potest hoc fieri, unde
subdit Athomus, quod opus uero hoc
secundum à die mensis Septembris 10.
qui est primus mensis secundum Aegy-
ptios, ex ubertate fructum usq; ad deci-
mum librę perficitur, id est, per annum
est eius perfectio, quia contingit ex di-
uersitate ignis tardius & cūtius perfici.
Et postquā anima coniuncta est corpo-
ri, non extinguitur ignis, scilicet per tres
terminos, & tres gradus ignis, & fit al-
teratio gradatiua, donec tertio gradu
compleatur, ut dicit Gratianus. De ter-
minis autem & gradibus ignis consule
librum trium uerborum, & hoc ego ibi
exposui. Nota de domo thesaurorum
de qua dixit author in primo. Assiduus
loquitur de ea sic. Ergo fili locū huius
lapidis tibi ostendam, nec peritum tæ-
deat legere, & ne desperet se ad hanc
Scientiam

scientiam peruenire posse. Hæc autem quodam est in loco , qui utiqz locus est quatuor elementa , & sunt quatuor ianuæ, quas si nosse uis,dico primo quatuor esse stationes , quatuor angulos, quatuor terminos, & quatuor parietes. Has autem quatuor claves exponam, in fine carniñis huius. Sequitur. Hæc autem domus est thesauraria, in qua omnia thesaurisantur , sublimia de scientijs siue sapientijs,uel rebus gloriofissimis,quæ haberi non possunt,nec in hac domo thesaurisentur. Domus in qua hi thesauri sunt , quatuor ianuis clauduntur , quæ quatuor clauib⁹ reserantur. Cuiqz istarum clavis est una. Nullus hanc domum potest ingredi, nec aliquid ab ea extrahere , nec archas num quod in ea clausum est scire , nisi prius clauem cognoscat, & eum secum habeat, aut saltem sit de familia domus. Scito ergo fili & animo aduerte, quod qui scit clauem unam , & ignorat residuas , domus ianuas sua clave aperiet, sed ea quæ sunt in domo non aspiciet, quoniam domus superficiem habet ad infimum

10 CONSILIVM CONIVGH

infimum uisum tendentē. Ergo oportet
ut singulē ianuæ singulis clauib⁹ apē-
tiantur, quousq; domus tota adimpleat-
ur lumine, tunc ingrediatur qui uis, de-
thesauro accipiens. Scito fili quod isti
thesauri non sunt absconditi. Verum
in ea seruati domo corā oculis tuis,
cum domum ingrederis, uolo tamen u-
nam clauem tibi ostendere uel tribuere,
quod per eius signa inuenies, quibus si
rationē habes, tertias eius residuas po-
teris inuenire ex ea. Porro haec una clas-
uis est ascensio aquæ per uasis collum,
ad caput eius habens similitudinē ani-
malis hominis, & est basiliscus sapientū
absq; cornu, quod extrahit aquam cor-
nu cerui, & germe aquæ præcipue, &
lumē fluminis pulcherrimi, cuius sunt
notiores lapides, præciosę gemmæ, &
coralli. Ex eorum nempe pinguedinis
uapore, fit clavis una, & si uis perfectio-
nem, oportet te reliquas tres extrahere,
& scire gloriam, de quatuor terminis
inferius, prima clavis est humoris ex-
tractio, & pinguedinis, id est aquæ &
olei, & humor est Lunæ, & pinguedo
Solis.

Solis. Cuius sunt hæc signa, scilicet nigredo superabundans, qua consumpta, purificata iam est anima, in aqua per distillationem. Dicit Victimerus. Expedit uobis aquā ex uapore sublimare. Nam cum uideritis natura aquam fieri, ab ignis calore, totumq; corpus magnesiae, ut aquam liquefactam, omnia tunc vapor facta sunt, de iure attrahit vapor, & continet suum par, quia fixum retinet uolatile, natura enim naturas continet. Et Rasis in libro lumīnum. Cum inhumationem facias donec ueratur in aquam mollem, tunc enim finē tui desiderij pocieris, & hoc est post albedinem primam. Secunda clavis est attenuatio corporis terrestris, quoniam rigiditas ei inest & flexibilitas, & in quietatio, quæ non nisi laborioso & subtili ingenio euelli potest, ut dicitur in turba. Non enim potest attenuari corpus, quam diu flexibilitas, & rigiditas, et durities in eo consistit. Capiatur ergo ut dicitur in turba, corpus, & abluitur, & ad lendum, & tepidum ignis calorem, tergatur, & ad modū eorum qui linum

112 CONSILIVM CONIVGII

cum cinere & aqua calcis majoris albis,
candidum faciunt, dealbetur. Deinde
per noctem unam dimittatur in humi-
do loco , postea aqua maris ablutum
toretur paulatim , donec plenissime de-
albetur,& toties dealbetur, donec ab o-
mni inquinamento mundum, & albissi-
mum uideatur. Hæc autē albedo non
sit sine nigredine magna , primo in cu-
sus uentre est albedo ista salis candidissi-
mi nostri , & hæc est secunda clavis.
Tertia clavis est totius aquæ, id est, hu-
miditatis residuæ, quæ iam olei nomen
habet, imbibitione, contritione longa,
quia assatio , & congelatio, incineratio,
& inceratio , cum eodem oleo fiat, do-
nec tota aqua adunetur. Quarta clavis
est fixatio in tribus terminis , & tribus
gradibus ignis , donec sit fixū, tingens.
Et subdit in alio capitulo , Assiduus.
Deinde post coagulationem, fac ipsum
uolare , per quosdam menses, id est per
40. diebus , unius nominis in humido
stercore, id est, igne humido , uel lento,
donec aqua rubescat, & inspissetur , &
fiat quelles. Et intelligo quod Assiduus

mult

uult tres partes terræ & unam ignis, dicit enim. Ex eorum pinguedinis uapo-
re, fit clavis una, pinguedo autem fit ex
dominio Solis. Et si uis perfectionem,
oportet te tres reliquias partes terræ ex-
trahere. Sed prima glosa est melior, &
haec nō fallit. Et nota quod omnes Phi-
losophi experti, unum uas habuerunt,
inexperti duo, ad minus unum, pro re-
gistro, in quo reliquum percepserunt.
Vnde Gratianus dicit. Et nota, si præ-
parentur omnia simul apud expertos,
bonum est, tamen maior experientia
inquirentibus cum singula singulariter
præparantur, & examinantur, unum
in reliquo. Non enim potes aliter præ-
parare singulariter, non enim sufficit
una aqua absq; alia, id est, Lunaris
absq; Solari, non fiet genitum ex uno
tantum, sed ex mare & fœmina simul.
Et per Deum, in expositione istorum
omnium, longo tempore libros consu-
lui, centies perlegendo lectiones, et non
habui istud, nisi per inspirationem à
Deo. Et in his paucis consului multilo-
quium & grauitatem benedictam Ses-

bioris:

4ii CONSILIVM CONIVGII

nioris. Deinde doctrinam Assidui, bre-
uiter exponam. Accipe albedinem &
nigredinem quæ scilicet sunt claves o-
peris primi, & secundi, & dimittit dum
coquitur, id est fermentatur, id est cor-
rumpitur in alembico, & in uase suo. Et
ascendit, id est, sublimatur in uaporem
in suo humore, fecem, id est, nigredinem
quæ est Ethel, proijce, id est, sursum ia-
ce, uel proijce, id est dele, & purga aqua,
extende, id est aquam ablue. Glosa. Her-
mes secundum quantitatēm claritatis
tingit, unde aquam extende, id est, destil-
la sublimando, donec fiat clara, & om-
nis humor massæ extrahatur clarus &
albus, terram munda, scilicet à grossitie,
& rigiditate, ut fiat cinis subtilis, priua-
ta nigredine, uas firmiter claudere, scilicet
gipso uel creta, & albumine. Suntemus
in eo uenti, qui si detenti non fuerint,
totū opus periret, ut dicit Morienes ad
Regem Kalid, in dialogo, uentum ueta,
quia infrigidaret materiam in uase, &
ignem extinguqueret, fumum ueta, id est,
quod fumiget materia de uase, uel quod
non debet esse ignis sumosus carbonū,

lignos.

lignorum, sed ignis bestiarum subtilis
bene colatus. Ignem proprius duc, id est
massatione terrae cum aqua sit fortior,
de prope apponendo, putrefactionem
serua. Gratianus. Et unumquodque cal-
cinatum dissoluatur suo modo, ut pu-
trescat, & Morienes in dialogo auctore
Sapiente, quod tota fortitudo huius ma-
gisterij non est, nisi post putredinem.
Ait enim si putridum non fuerit, ad ni-
hilum reuertetur. Et subdit, quod post
putrefactionem Deus altissimus profi-
ciet quæsitam compositionem, Frigidi-
tatem & calefactionem ueta, id est, ex-
cessum frigiditatis & caliditatis, intem-
perantia, id est, in medio perseuera ex-
tremorum calorū, scilicet non excessi-
uum. Et omne opus quod est extra
modum, id est, cum excessu & abun-
dantia ueta, ut nō sit nimis sicca massa,
nec nimis humida, unde Bonellus in
Turba. Scito quod si massa aquam mul-
tiplieaueritis, nō continebit eam ignis,
nec bene ardebit in camino. Et si nimis
siccaueritis, non coniungeretur, nec co-
queretur. Noli festinare, unde Rasis in

libro lumīnū. Aqua dum miscetur æri,
ipsum interius dealbat, expecta igitur
candore. In hoc enim negocio si agen-
di difficultas, aut tædiosa fatigatio opis-
ficem negligentia afficiet, ipsum expe-
ctato gaudio priuat, spem suffocat, æsti-
mationem interimit. Sequitur. Esto pa-
tiens coquendi, & putrefaciendi, tem-
pus non te tædeat, quamuis sit longin-
quum, tamen omni alio operi, quia ut
dicit Senior, propinquius. Et aliena
semper præparant, & nunquam pro-
sperantur. Sequitur, Propinquum ue-
ta, quod ut dicit Senior, non nisi in mul-
tis diebus, hoc opus perficitur, nec est
necessæ, ut reiteretur, prout dicit Her-
mes. Sufficiet homini per mille millia
annorum, & si quotidie duo millia ho-
minum pasceres, nō egeres, tñq; g̃st enim
in infinitum, & tantum quod non po-
test comprehendi intellectu. Et in quin-
to libro de ñ. dicit. Et nō scies effectum
eius, nisi postquam proieceris, & com-
pleueris, & totum iam hoc scis, nec in
infinitum &c. Sequitur, Et animalia, id
est colores, qui sunt per aquam uiuam
in terra,

in terra, noli foetisare, id est, immundas
re fece, id est, puluere seu nigredine.
Quia ut dicit Rasis in libro Luminum,
Nunquam in fine nigrum fit, nisi in
administratione error sit, quod si nigrum
quid procedat, imperfectum est medi-
camen. Et Senior dicit. Si remanserit in
ea nigredo post rubificationem eius,
peccasti in præparatione, & corrupisti
quicquid operatus es, & morieris præ
dolore peccati & inopiae, quia haec sunt
diuitiae incomparabiles. Colores autem
uiuidi sunt albus, citrinus, & rubicun-
dus, quia ut dicitur in Turba. Combu-
rere est dealbare, & rubificare, & ideo
dixit, animalia quorum anima corpus
colorat, & uiuiscat, Quidam tamen li-
ibri habent. Et animalia foetisare, id est,
producere non te pigateat, foetus enim
lapidis, est color semper uiuidus, & in
perpetuum manens. Quidam libri ha-
bent animalia noli effœtare, id est aperi-
re, sit enim uas clausum. Sed in registro
illa animalia, id est colores poteris ex-
periri. Sequitur, non te pigateat quod agis,
rubifica donec aqua tota coadunetur.

h iij uel

118. CONSILIVM CONIVGII

uel coaguletur, & ignem non fugiat, id est fixum fiat, quæ est probatio super omnes probationes, si fumum super laminam ferream, & ignem non emiserit, & fluxerit sicut cera, & firmiter metallo adhæserit. Sequitur. Scit enim aqua pugnam ignis, & prolixitatem coquendi & putrefaciendi, & inspissandi. Opus enim quodlibet sibimet, est duplex, & artifex sequitur naturā eorum, donec ad suum ordinē perueniat, igne coquente. Sequitur. Deinceps, scilicet post coagulationem in humido stercore, id est, igne sapientum, uas circunda & latonem, per aliquot menses, id est, nouem, sicut & in uulua sperma moratur, ut dicitur in ænigmatibus. Turba, fac ipsum morari, uel uolare, id est ascendere. Ascendit enim, & descendit in arbore Solis, donec fiat quelles, id est Elizxir. Quod dicit per aliquot menses. Hoc Mundus in turba dicit per 40. dies, & subdit quales sint, ut in uulua sperma moratur, hoc est nouem mensibus, uel circa. Sequitur. Scito etiam quod nullum quelles facit rubeum, nisi id quod fit

fit de scarabeis, id est pigmento rubeo,
quod est Auripigmentum. Sequitur.
Nulla aqua fit quelles, nisi illa quæ fit
de scarabeis aquæ nostræ. Hæc enim
sola aqua, est aqua thesauri infiniti. Et
bene dicas nulla aqua fit Elixir, nisi ista
aqua olei rubei, quæ est aqua singularis
& nulla alia, quia nulla alia totaliter
congelatur. Vnde Rasis omnium la-
pidum genus, hoc nostro excepto, li-
quidam producit aquam, quia ex qui-
bus elementis constituitur nostra na-
ra, consociatur, & illa est temperatissi-
mæ complexionis, & compositionis
fortissimæ. Aliorum autem lapidum
aqua, est simplex, liquida, debilis com-
positionis. Senior. Et si quis studeret
inuenire aliam rem facientem huius o-
perationes, non posset. Et alibi dicit. Et
post Deum non habes aliam medici-
nam. Ipsa est enim aurum sapientum,
quod fugat paupertatem. Vnde subdit
Præteriti, nec præsentes possunt tingere
re aurum, nisi cum auro, & quod non
est aurum, scilicet lapis eorum, ex ipso
procedit aurum. Ethene dicit Assiduus,

h. iij Cum

Cum uero de substantia dicimus, non
dicimus aurum, quousq; nobis peraga-
tur, scilicet aureum, quoniam non est
aurum dictum. Sed aqua coelestis glo-
riosa, scilicet æs nostrum, ac argentum
nostrum, sericum nostrum, totaç; ora-
tio nostra, quod est unum & idem, sci-
licet sapientia, quam Deus obtulit qui-
bus uoluit. Et subdit Assiduus prædi-
ctis, unde sermo uenit. Vade ad fon-
tē, scilicet sitiens, & peruenies in terram
nigrorum, uel fuscorum, quia oportet
quod terra denigretur in primo opere,
sicut in secundo, & nouem. Nec opus
est pluribus, quam nouem partibus a-
ceti, secundum Seniorem & Moisen in
Turba. Et Hamuel nouem aquilas po-
nit. Sequitur. Etiam suffoca illas, id est,
concludes in vase bene obstruendo, &
accipe eorum sanguinem, id est, rube-
dinem pinguem, quæ est eorum uene-
num, occidens, id est Icorem omnium
imperfectorum corporum, quorum le-
pram occidit, & quod Mercurio com-
petit in aurum perfectum reducit. Non
enim conuertit, nisi quod suæ naturæ
est,

est, & competit ei. Sequitur. Quod est scandens ad superiora, & in continentí fluit ad receptaculum, coque ipsum donec fiat rubeum, id est, donec tota tintura extrahatur, quod sit post summā nigredinē, quam dealbatio summa sequitur. Et subdit statim, Ego autem dictum lapidem tibi significabo. Nisi hic uapor ascendet, nihil habes ex eo, quia ipse est opus, & absq; quo nihil. Et sicut anima corpori, ita est ipse, qui sit quales. Ne igitur dicas quod inuidie caussa ipsam aquam nominauerim, licet nominauerim, inspice & crede mihi quod hic lapis est, non lapis. Nunquam aliquem Philosophorum audisti dicere, hunc lapidem esse aquam fontis uiui. Et Rasis in libro luminum; Lapis noster in quo totus noster effectus, & gratia est, aëreus est, uisu quidē aqua, ignis natura, colore comburens, naturarum proprietate integer, nec durus, humidus, substantia etiam liquefit, multorum etiam medicamentorū usui aptus existens, & utilis, ut in omni apparatu suo, speciem aquæ suscipiat. Deinde se-

h v quuntur

quuntur alia præcepta Assidui, dicen-
tis. Quod in hoc libro est literarum uel
librorum perfectio, & opus perfectissi-
mum, ac certissimum in medio generis
sui. Quia Sol est in medio Planetarum,
id est metallorum, mediæ & tempera-
tissimæ complexionis, & in medio ge-
neris inter Mercurium & urinam, & in
medio ætatis suæ, quo ad secundum o-
pus, uel primam dealbationem, quia tunc
tingit in album perfectum. Et est apti-
simæ putredinis, id est, incinerationis,
& tractionis animæ à corpore, per pu-
trefactionem, & exiccando putrescit, &
in aptitudine bonitatis, aut positionis
suæ, id est, partium in tota situatione bo-
na quiescit. Et cum hoc fuerit immun-
dum scilicet Sol, aut permixtum scilicet
Luna, aut turbatum scilicet lupiter, uel
non accipitur in tempore oportuno, id
est senex uel iuuenis, nondum notus,
id est regulatus transmutatione in aquā
suam. Et aptitudo putredinis fit cum
aptitudine bonitatis positionis, quo ad
positionem ignis fortis, & uasorum de-
bita proportione. De senio dicit Moy-
ses in

ses in Turba. Etsi ouum compositum ultra quā debeat regitur, id est, magno igne, profecto extinguitur lumē eius à pelago sumptum, quia æs cedit ad latéra, nec soluetur, & per consequens non cogelaretur, nec tingeret. De oportuno tempore, dicit idem. Regite ipsum, et co quite donec appareat album, & tunc videbitis unum, à tribus socijs derelictum, id est, aquam uitæ, in qua sunt tria, ignis, aqua, & aér, uel aquam uitæ à corpore, in quo sunt similiter tria, & dicit Limenis circa duodecim uel octodecim dies, quam diu non est nigrum, & quā diu est in nigredine, etiam summam. Et Morienes dicit, quod sanguis frangendus est, ne impedit, quæ tractio, id est separatio, fiat postquam de albatum fuerit. Et nota quod si ulterius quam debeat regatur, tunc corpus subintrabit, & ideo in tempore oportuno debet accipi. Et sequitur. Velsi accipiantur ab inferiori parte sui generis, id est, ex Planetis imperfectis alijs. Et nota quod Pandofilus in Turba dicit. Quod ouum Philosophicum euersum est, sci-
lice,

licet contra maiorē mundū, quia ouum nostrum secundū medium suum, dicitur altius, scilicet à Sole & secundum extremitates dicitur inferius, id est, alias duas partes, quia ouum mundi, secundum polos dicitur altius, & secundum suum medium, inferius, & in medio est Solis punctus, sicut pullus & secundū hoc superius. In ouo uero mundi, è conuerso est, scilicet medium suum inferius est, gratia exempli. In mūdo ignis est subtilius, leuius & altius elementum, sed in ouo illius ignis est infimum elementum, quia in medio cōstitutum, & in mundo terra est grossius & grauius & infimum elementū, sed in ouo scilicet cortices exteriores, sunt terra, & altius elementum, & sic de cæteris. Ergo est uerum, quod ouum habet se per contrarium ouo mundi. De ouo mundi contrarium est, quia ouum mundi, secundum polos dicitur altius, & secundum suum medium inferius, uel secundum extremitates, id est, Saturnum & Lunam, que in mundo sunt inferius & superius. **Saturnus superior & altior & Luna**

Luna inferior, & sex Planetarum. Sequitur. Ecce in uno sunt quatuor, scilicet terra, aqua, aér, ignis, & punctus Solis in medio rubeus, qui est pullus, & hec est causa quod Philosophi, arte hanc ouum nominauerūt. Sequitur. Dictum Assidui. Nec in igne operatur alieno, uel extraneo spiritu, quia ut dicit Senior, nec facias super ipsum ingredi aliquid alienū, corrumperet enim ipsum, & destrueret totum, uel sic & melius, quod in igne non operatur alieno, sed in suo igne, qui est humidus, extraneus enim ignis inæqualis est, & excessiuus, carens temperantia. Tota autem huius operis efficacia, in suo constat igne, ut dicit Moriennes, & Geber, Solus calor Solaris est complexionem bonam generans, quem calor ignis, scilicet natura imitatur. Sequitur. Quoniam cum digeritur aliud istud, id est aqua uitæ Akis, quæ est animata tinctura, incorruptibilis, eiusq; forma, perficitur, scilicet postquam dealbatum fuerit, tunc operationi aptum est, unde non debet sumi, antequam Melancholia, id est, nigrredo

gredo in eo non abundet, nec postquam
abundet, uel si sumatur antequam aér,
id est, uapor æris, in eo gignitur, id est,
in corpore immundo, non spirituato,
& senescat in posterum, Vel expone;
postquam forma eius perficitur, aptum
est operationi, antequam Melancholia
nigra in eo abundet, quia sic operaretur
in nigrum, & non in rubeum, uel in al-
bum, & antequam aér, id est, anima ui-
tæ, gignet in eo scilicet immundo, &
grossio existente non spirituato corpo-
re, & senescat, id est, morbidum fiat, &
Melancholicū, antequam Melancholia
abundet, & aér gignitur alienus. Nota
quod hoc fit si dimittatur stare aqua,
quando operationi apta fuerit, quia co-
agulum eius, cadit ad fundum coagu-
latum, per frigidū aëris, & siccum con-
gelans. Quod cuīdam sociorum meo-
rum contigit, qui per annum sic inue-
nit, sed non fuerat distillata. Deinde dis-
cit, quod in his decem præceptis errau-
rit nullus. Et de isto opere quidam sa-
piens pulcherrimam similitudinem, de-
uiro scilicet & muliere, artis locutus
est,

est, dicens. Qui me miserculam offendit, & à quiete mea disperserit, do plagam in faciem suam, per quam fugam capiat, per hoc tangit evitare excessum caloris, miserculam, id est humiditatem teneram Lunarem, & qui me de loco meo ui abstulerit, id est de ære meo, & dilectum meum mecum uinculauerit, id est coniunxerit Solem cum Luna in uno corpore, in aqua sua, sagittæ ex pharetra nostra, id est, humores uaporis nostri corporis, uindicabunt nos, & uitam regenerabunt, & nunquam de cætero morientur, & si præter dominium nostræ mobilitatis, id est sine excessu transmutationis inclusi, creatifuerimus, scilicet igne lento, propugnatores nostri, uel propagatores, id est, parentes nostri, peribunt, id est moriuntur, tradentes animas filio, id est aquæ uiuæ, & nos amentes, id est sine mente, scilicet sine spiritu, iacebimus, scilicet in terra, & si uestibus uilibus denudati, id est coloribus & tincturis nostris, quæ ex natura sunt uilia, quia in stercore & in limo terræ & in opacis locis natura-

liter

liter uolunt latere, & sola opinione hominū prēciosa sunt. Vel sic expone, uestibus uilibus, id est, nigredine secundi operis, & balneati fuerimus in aqua nostra, tunc sequitur, Animæ nostræ, id est tincturæ mortuæ, id est extinctæ in corporibus nostris apparebunt, unde quidam dixit. Et si nudus in cœlos ascendero, tūc uestitus ueniam in terram, & complebo omnes mineras. Et si in fonte auræ et argenti baptisati fuerimus, et spiritus corporis nostri cum patre et filio in cœlum ascenderit, & descenderit, animæ nostræ reuiuiscent, et corpus meum animale candidum permanebit, scilicet Lunæ. Corpus uero dilecti mei, id est Solis delectabile, et rubicundum, et roseum relucebit, significat secundū opus. Et si parentes dilecti mei, id est corpora mortalia de uite gustauerunt, et de aqua uitæ sapientiæ, et lacte meo lataci fuerint, et mero albo inebriati fuerint, & in lecto meo, id est uase nupserint, generabunt filium Lunæ, id est tincturam Lunarem, qui totam parentelam suam præualebit, id est omnes

pro-

progenitores. Et si dilectus meus de rī
uulo rubeæ petræ potauerit, et fontem
matris suæ gustauerit, et mihi tunc co-
pulatus fuerit, et uino rubeo affinis no-
strī mecum inebriatus fuerit, et multi-
plicia biberit, et in lecto suo mihi ami-
cabiliter accubuerit, et in amore meo
per sperma suum cellulam meam sub-
intrauerit, concipiā & æro pregnans,
& tempore meo pariam filium poten-
tissimum dominantem, & regnantem
prę cunctis rebus, regibus, & principi-
bus terræ, coronatum aurea corona ui-
ctoriæ, à domino Deo altissimo, qui ui-
uit & regnat in sæcula sæculorum As-
men. Explicit primus liber. Incipit se-
cundus liber de expositione figurarum
de massa Solis.

Expositio epistolæ Solis ad Lunam
crescentem in anno solari, quæ incipit
In tenuitate sua seu teneritate, id est no-
uitate sua nimia, scilicet coniugij cum
Sole, id est illuminationis ab eo. Dicit
ei Sol, dabo tibi de pulchritudine mea
lumen, scilicet solare, quo peruenitur ad
perfectionem tinturæ, exaltatur enim
lumen

lumē solare. Omne enim altū, id est omnis sp̄ritus sublimatus, à te in aqua nostra maris, uel sic, omne altū, id est omnis Planeta, per ipsum perficitur. Dixit primo Luna soli, o Sol tu mei indiges, sicut gallus indiget gallinæ, quæ sunt aries homogeneæ duae, in sphæra una, de qua prius dictum est. Et ego Luna indigeo ope tua, o Sol, sicut primum passuum suo actiuo, ad quod est in potentia propinquā, scilicet transmutandi sine importunitate, id est sine festinan-
tia, de Luna plena, id est aqua perfecta, quia Luna est domina humorum. Ponit efficiens pro effectu. Quia ut dicit Morienes. Radix huius scientiæ est in hora compositionis sue, & expectes die noctuq; super fixionem eius. Omnis igitur festinantia procūl pellatur ab ipso artifice, & prouidentia, & ratio, & firma expectatio adhibeatur, quapropter ignis blandus diutius apponi debet, qui in diebus suis, semper æqualiter perduret, ne festina combustionē corpus consumatur. Sequitur. Cū sis Sol perfectus in omnibus partibus lumis-
narium,

narium, tu es lumē, dominus excelsus;
& magnus, quia per te complentur res
minerales, vegetabiles, & animales;
Ego Luna crescens in lumine Solari,
frigida & humida, quia sum mater hu-
morū, & tu Sol calidus, & siccus, quod
est principium generationis omnium,
quando copulati fuerimus, id est, con-
iuncti in æquitate status, id est in pro-
portione & in mansione, & in uase ubi
non sit aliud, id est alia res extranea, ni-
si leue habens secum graue, id est spiri-
tus proprius cum suo corpore, uel in-
telligit quatuor elementa, per leue, i-
gnem, & aërem, per graue, terram, & a-
quam, sicut per ratum & densum anti-
qui significauerunt hæc quatuor. Se-
quitur. In qua mansione, id est domo
uialis uacabimus commanendo, & eri-
mus similes, sicut uacat mulier, & uir
eius in generatione partus, & hoc est
uerū ex ipsa locutione. Et ego o Sol, cū
coniuncti fuerimus uacaturi in uentre
domus clausæ, ex omni parte recipiam
a te animam, id est pinguedinem olei,
que est tinctura uiuificans omnia, adu-

i ii lando,

lando, id est blando modo, quia natura
gaudet propter uicinitatem eorum in
natura conformi in aqua sua, uel cum
aqua sua, & natura naturam uincit, &
natura naturam continet. Ut in Tur-
ba. Et si abstuleris pulchritudinem me-
am, id est Lunæ per decoram lineatio-
nem. Intendit nigredinē primam, quia
decolorat eam Sol, & exaltabuntur, id
est sublimabuntur exaltatione spirituū,
id est ad modū spirituum sublimatorū,
cum ascenderimus ordinem, id est or-
dinatam dispositionem Senioris, id est
Saturni, Iouis & Martis, & his nomini-
bus nominauerunt nigredinem illam,
scilicet Saturnum albedinem, Iouem ru-
bedinē, Martem rubiginosum uel æru-
ginosum, unde à principio conceptio-
nis usq; ad medietatem infantis, quilibet
Planeta dat suam imaginem uirtute
diuina sic creante. Ita etiā in hoc opere
quilibet Planeta suo loco facit impres-
sionem suam, usq; ad complementum
operis, ut dicitur in libro trium uerbo-
rum. Et ideo dictum est prius, sine im-
portunitate, qui enim importunus, &
festiuus

festivus uult esse, sua uehementia opus confundit, quia non est opus opificis, sed opus naturæ ministrante artifice, & adiuuantè eam. Sequitur. Lucerna lucis, scilicet Solaris infundetur lucernæ meæ, id est lunari ex te, scilicet Sole, & ex me Luna fiet infusio lucis lumenose, sicut commixtio uini cum aqua dulci, sic ex me & te fit commixtio lumenum, est enim utrobicq; similitudinis proportio, uinum enim & Sol calida, Luna & aqua frigida, confluens. Sed postquam lucerna Solis infusa est lucernæ Lunæ, cessat humor fluere, qui quādiu durat, denigrat lumen. Ideo sequitur. Etego scilicet Luna, prohibebo fluxū meum, & potest littera sequens esse connexa præcedenti dicendo. Ego Luna prohibebo fluxum meum, postquam tu Sol indutus fueris nigredine mea, colore attramenti. Et tunc innuit primum nigredinem, de qua dictum est, quæ est argentum uiuum de argento. Vel potest esse spiritualis uersus, continuus sequenti, innuendo secundam, scilicet nigredinem, sic post solutionē & coagulationem

lationem humoris mei, cum intrauerimus templum amoris, scilicet in secundo opere, postquam induitus fueris nigredine mea, colore attramenti, tunc coagulabitur corpus meum, in natuitate mea fiet Sol oriens, in Luna crescente, & conuertetur, in decorē solarem. Dixit Sol Lunæ, si feceris hoc, quod dixisti, non inuenies in me nocumentum, id est contrarium, & reuertetur corpus postea nouum. Quia dicit Gratianus. Cum Mercurium fermentauerimus, quid ultra quærimus, nisi decoctionem ignis, cum sulphure, quia ignis & Azoth sufficiunt tibi, ut dicit Elbo. Dealbate igitur Latonē cum Mercurio. Hic nota secundam dealbationē, quia lato est ex Sole & Luna compositum corpus eitrinum, quod cum dealbaueris, per diuturnam decoctionem, id est, longam, & ad pristinam citrinitatēm perduxeris. Habes iterum Latonem eodem modo ductibilem, ad quantum tibi placuerit, quia in infinitum uirtus eius extenditur, & tunc intrafisi per hostium, & habes artis principiū, & tunç calcina,

calcina, dissolue, distilla, coagula, & incera, & ita procede per medium, & resultatum facis penetrabile, & tunc ad finem peruenisti. Et Senior dicit de eodem. Est enim hoc minerale, quod cum miseric aquam super terram, uincit album super citrinum & rubeum, & desalbificat ea in albedine argenti. Deinde uincit citrinum super album & rubeum, ita quod citrinare ea faciat, super citrinitate auti. Deinde uincit rubeum super citrinum, & album, & rubificat ea in rubedinem Alkazel marini, & tunc uel ostreæ, quibus tingitur ostrea uel præparatur & melius. Et cum uideris hæc, gaude. Sed si remanserit in eo nigredo, corrumpesti quidquid operatus es, & morieris præ dolore, quia hæ sunt diuitiae incomparabiles. Et alibi. Non est differētia inter ipsum, & argentum, uel aurum, nisi quod citius funditur. Sequitur. Dabo uirtutem penetracionis, scilicet tincturæ, per quam potenteris in prælio ignis, prælio liquefactionis, & purgationis ex qua exhibis sine diminutione, sicut firmus Sol, non impugnas.

pugnaberis de cætero , sicut æs , plumbum . Sequitur . Leo , id est Sol inferius , uilescit per carnem . Hic est metaphora , sicut Leo fortis , & rex animalium uilescit per infirmam carnem suam ; die enim quarto in quartum , quartanam natura liter patitur . Ita Leo natura per carnem suam sibi contemporaneam Lunarem uilescit , & Eclipsatur . Luna enim , est umbra Solis , & cum corporibus corruptibilibus consumitur , & per ipsius corruptionem , mediante Mercurij humilitate , Leo Eclipsatur , sed eius Eclipsis in utilitatem & meliorem conuertitur naturam , & perfectiore priore . Sequitur . Quod autem successisti mihi , id est , in meam transmutaris naturam , & dignitatem . Deinde ostendit quomodo Sol uilescit per carnem infirmam , dicens , Apud augmentum plumbi nigri , Apud augmentum , id est abundantiam nigredinis plumbi , id est æris nostri deficit lux mea , id est Solis , & extinctus est decor meus . Quia ut dicitur in Turba . Coquite donec exeat nigredo , quam nigredinem alij nummos nigros , alij plumb-

plumbum sapientum, uocauerūt. Dum reddit caussam , quare sit lux Solis extincta , circa angulum nigredinis , dicit quoniam alia duo principalia lumina- ria capient pinguedinem , id est , humi- ditatem meam metallinam Mercuria- lem , fixam , de ære meo mundi corpo- ris existentis , & de plumbō uerificato , id est de plumbō sapientum , quod scili- cet æs uel plumbum est uerificatum in syllogismo , id est in ratione scientiæ ex parte apud Philosophos . Aliter potest punctari uersus iste . Pondus , id est com- positio eorum in syllogismo , id est in ratione discitur ; sine seu in intellectu componente de sanguine Solis , & in humiditate Lunæ absq; sanguine hir- corum , & aliorum animalium , quæ ni- hil ad propositum faciunt , ut pondus , id est compositio sapientum , in suo Eli- xirio discernat , uerum compositum à falso composto & è conuerso . Quia hæc est magnesia uera , & non falsa . See- quitur . Ego scilicet Sol ferrum durum , & siccum . Et dicitur ferrum propter ru- biginem , quam florē uocant æris . Ergo

i v fortis

138 CONSILIVM CONIVGII

fortis quem ignis non superat, nec sub
phura ustant, pistans, id est condiens
omne bonum. Per me enim lux gene-
ratur, & secretum secretorum Philoso-
phorum, id est tinctura perpetua cor-
porum conficitur, nec est res in mun-
do aliam agens actionē, quam meam.
Et Senior dicit. Si quis studeret inueni-
re aliam rem facientem eius operatio-
nes, non posset, & non est, qui inueniat
aliam operationem. Est enim Sol radix
incorruptibilis, & ab igne, & ærugine,
& sulphuribus, & ideo extrahitur tin-
ctura uera fixa ab eo. Alia autē omnia
opera, & spiritus, corruptibilia sunt, &
quomodo potest tinctura incorruptibi-
lis extrahi à radice corruptibili? Et iam
tot sunt, & fuerunt uanarū rerum præ-
paratores, qui nunquam perfecerunt.
Immo non est aliud fundamentum ar-
tis, quam Sol & eius umbra, sicut dictū
est prius, & nunc sermo præcessit de
radicibus sapientiæ maioris. Sequitur.
Quod habet lucem, id est Sollucens fa-
ctus est, habens obscuritatem, id est ni-
gredinem, postquam non est ad perfe-
ctionem,

ctionem deductus, id est dummodo est in fieri. Intelligit nigredinē secundam, in secundo opere. Conualescit à languoribus, id est tenuitate, id est infirmitatibus, & debilitate, & habebit uitā Leonis rugientis, uel resurgentis, post natuitatē. Methaphora potens est, quia dicit Lucas in turba: Diffinitio hujus artis est corporis liquefactio, & animæ à corpore diuisio, & iterum animæ cum corpore coniunctio. Et sic surgit resurrectio corporis, nunquam de cætero moritura. Et hęc est causa quare æs nostrum uocatur Leo, quia sicut Leo rugiendo resuscitat prolem mortuam, uitam immittendo, sic corpus aeris mortuum resurgit, coniuncta sibi anima per aquam uitæ: Sequitur. Et apparet illud magnū fluxibile, id est oleum, in mensuris & tinctura Philosophorum, currens in iectu oculi, sicut cera sua per laminam.

Capitis & caudæ sunt duæ proprietates, scilicet dealbandi & rubificandi corporeum, & spirituale, uel mortuum & uiuum, tamen prima glosa est melior

Hic, unde Senior in fine dicit. Hæc est
aqua in qua congregatæ sunt potentie,
albedinis & rubedinis. Vnde assimu-
lauerunt eam ouo, quia circumdat to-
tum, quod est in eo, habet enim totum
in se quo indiget, & præparatur in præ-
paratione sua. Et subdit, & hic est Dra-
co, qui deuorat caudam suam, Draco
est aqua diuina, & cauda est sulphur e-
ius, & cinis qui est inter cinerem, & de
isto cinere descendit pluua uiua, uiui-
ficans terrā &c. Et cinis iste est fermentum
aquaæ, quem cinerē Morienes uo-
cauit coagulationē, cum sit coagulans
aquam in terram. Alia glosa, Capitis &
caudæ, sicut dicitur in turba. Sume ui-
peram, et priua eam capite & cauda. In
his enim duobus locis quiescit eius ue-
nenum, id est tinctura, ex quo scilicet
ueneno, procedit spiritus, scilicet tin-
gens. Deinde caudam & caput, id est
principium operis, & finem eius, & est
unum & idem, à quo incipit & cum
quo finit. Omnia enim operatur aqua
ista coelestis. Sume ergo residuum cor-
pus uipere, id est terram, & coque lento
igne,

igne, scilicet Philosophico, quo usq; ab
ossibus secernatur, id est donec fiat du-
rum, & splendidum, sicut gladius denu-
datus, & pone eam super laminas, id est
in uas, & tamdiu tunde, scilicet igne &
pistello, donec uertatur corpus in spiri-
tum, & auferatur ab eo flexibilitas. Nō
enim potest attenuari, id est spirituari
corpus, quam diu flexibilitas in eo con-
sistit. Intendit quod incineretur corpus
residuum, quod uocatur terra, à qua est
extracta tinctura per aquam. Sicca cor-
pus huius ad Solem, id est ad lendum i-
gnem. Intendit æqualitatem ignis. De-
inde capiti suo iunge & caudæ, & cum
eis tere, scilicet igne qui omnia terit,
donec uideas quod inquiris. Hoc itaq;
completo scias quod habes corpus cor-
pora perforans, & naturā naturam con-
tinentem, & naturam natura letantem,
quod profecto Tyriaca philosophorū
uocatur, & dicitur uipera, quia sicut ui-
pera concipiendo præ libidinis ardore,
caput secat masculi, & pariendo mori-
tur, & per medium secatur. Sic lunaris
humor concipiens lucem Solarem, sibi

con-

conuenientem, Solem necat, & pariendo progeniem Philosophorum, ipsa similiter moritur, & uterque parens moriendo animas filio tradunt, et moriuntur & pereunt. Et parentes sunt cibus filij, & naturam eorum accipiunt, & cum aere roborantur ad pugnam ignis. Hic autem filius laudabitur in omnibus libris Philosophorum. Et est lapis Indus Babilonicus, & est aës combustum, ut Kalid dixit. Sequitur. Septem sunt ordines ponderum ordinatorum corporum. Quinque partes ex eis sunt absque obscuritate, scilicet de umbra Solis duorum lucentium est pulchritudo, scilicet Sol, et haec compositio est secundum numerum figurarum, scilicet teria dividit Luna, à minori computando numeri quinque mediæ Lunæ, et duo Solis, unus cum duobus radijs. Secundus cum uno radio. Expositio harum dabitur tibi expositione mea, et proprietates radicis. Hoc dicit propter hoc, quia dixit duorum lucentium est pulchritudo. Sol est clavis cuiuslibet ianuæ, id est omnis introitus artis, et quod restabit,

id est

id est, quod reliquimus, est de radicibus
artis sine dubietate, id est certitudinalis-
ter. Sol est simplex clavis totius operis,
cum firmamento et terreitate, id est, cum
Luna terrea, et opaca, inter ceteras Pla-
netas feculentior, quod post maculas
quas habet, dum in plenilunio est, et cu[m]
firmamento directo, id est regulato per
artem, et dicitur Luna firmamentum,
quia dicit Hermes, Luna potens in fir-
mamento est, et pauper luminis, et cu[m]
Mercurio lucrum eorum, conuertibi-
lis natura, Solis umbra. Quidam libri
habent cum firmamento directo terrei-
tati, directio enim in medietate ordinata
terreitati, id est elementari corpori, et
utracq[ue] littera est bona. Quia septem par-
tes ponderis sunt, et per uersum istum
exponit precedentem. Ideo dixit, haec
est demonstratio, id est expositio septem
partium, haec est diuisio, id est separatio
spoliationis, id est tincturæ spoliatæ, hec
est diuisio decoctionis, id est, in igne co-
quente. Quam scilicet spoliationem, ni-
gredinem appellamus, quæ sit per de-
coctionem competentem, in qua iudic-
solu-

solubile temperatum, dissoluitur, et anima temperati, extrahitur. Nota secundum Seniorem, quod præparatio hæc uocatur conuersio et diuisio in subtilitate, et attenuatione spírituū, ut tingant, et imprimantur corporibus, et hoc propter, conuersionem suam in præparatione de statu in statum, et de re in rem, et de infirmitate ad potentiam, et de grossitie in tenuitatem, et subtilitatem, sicut conuertitur semen solum in matrice præparatione naturali, de re in rem, donec formetur inde homo perfectus, ex quo fuit radix eius, et principium eius, et hoc sine ingressione alterius rei, nisi sanguinis menstrualis ex quo fuit semen, et ex sanguine ei simili, et ex ipso fuit nutrimentū eius. Et similiter ouum sine ingressu alterius rei, conuertitur de statu in statum, et diuiditur de re in rem, donec conuertatur in pullum uolantem, sicut illud à quo fuit radix, et principiū eius. Et similiter semina terræ nascentium, putrescant, et mutantur et ingreditur super eis corruptio. Deinde germinant, et augmentantur, sicut ea ex quibus

quibus habuerunt radicem, & propter
hoc mineralia nostra non mutantur ut
exeant à radice sua, si redit ad id ex quo
fuit, nec conuertitur ex hoc ad aliud, &
qui dicit aliud, falsum dicit. Hæc est ergo
conuersio, & diuisio quam audis in
libro sapientum. Huc usq; Senior dixit.
Sequitur, hæc est coagulatio absq; diui-
sione, id est coniunctio maris cum fœ-
mina, & absq; dissolutione, postquam
feceris, id est præparaueris, singulariter
affirmando illa septem; scilicet quinq;
partes Lunæ, & duas Solis, que septem
diuisisti per septem Stellas, id est secundū
numerum septē Planetarū, qui om-
nes Planetæ operantur super istas sep-
tem partes Planetarum nostrorum, &
hoc est tertium, scilicet Mercuriū amal-
gamare, cum septima parte ponderis.
Deinde mitte de albo humido nouem
partes. Ita quod decima sit pars æris. Et
postquam purgaueris in præparatione
conuersionis donec uideantur sicut
margaritæ in similitudine, tunc errare
non poteris de cætero. Hæc est dealba-
tio detegens dubium terrę tuę sitientis,

k & hoc

& hoc per aquam nubium cœlestium.
In hoc scilicet dicto demonstrato, ostendit
tibi flores aureos, id est tinturam So-
larem omnis floris, id est coloris con-
uersi ad medium extremitatum, scilicet
albi & nigri, uelut indumentum pau-
nis in similitudine. Hic enim est lapis,
cui inest omnis color, secundum diuer-
sas conuersiones eius in præparatione
sua. In hoc igitur opere Sol ut rex, &
dominus coeli, immittit spiritum, & uitam,
Mercurius uero format spiracula. Est
etenim acetum acerrimum, quod au-
rum merum spiritum facit esse, ut dicit
Pythagoras. Ipse est quo mediâte fit cor-
ruptio, & regeneratio eius. Luna uero
sponsa Solis, spiritum semenis conce-
ptum à sponso suo illuminat, & sua fri-
giditate & humiditate laborat ad ex-
pellendum foetum ex his procreatuum.
In introitu uero residui numeri Stellarum
scilicet quatuor, detecta est tibi im-
pressio & imago in decoctione, quibus
Planeta facit uirtutem Dei. Et hoc est
quod dicit, decoctum à qualibet Stella
singulariter, Scilicet Saturnus constrin-
gen do,

gendo, & congelando sua frigiditate & siccitate, ipsam naturam in massa, Iupiter uero sua caliditate & humiditate dissipando, Mars uero sua caliditate & sic citate homogenea congregat, & heterogenea sequestrat, Venus uero frigiditate & humiditate, membra & imaginem disponit. Et sic nascitur Alchimia naturalis per principia naturalia, & per impressionem formæ scilicet naturalis, substancialis, ministrante artifice. Aes enim de se non habet nisi formas accidentales, sed iuuat naturam, disponendo principia, inducit formas substanciales. Et locus generationis, licet sit artificialis, tamē imitatur naturalem, quia est concavus, conclusus, in quo fumus principiorum naturalium, generorum per naturam ratione caloris diurni, & continui, diu reflexus in se, & uaporaliter commixtus, congelatur in metallum, cuius est uapor secundum speciem, ex qua est radix. Ex his dictis patet solutio duorum argumentorum contra possibilatem artis. Quorum unum est quod non habet ars inducere

k n formas

formas substantiales, sed accidentales. Secundum est, quod locus naturalis debet esse principium generationis. Adducunt tamen dicentes metallū generari, secundum influentiam Planetarum, quę constellatio latet Alchimistas, quia oporteret eos in illo incipere operari, in quo natura cœlestis incipit mouere mineram. Quibus dicendum, quod motores cœlorum, quandocumq; & ubi cunctq; inueniunt materiam dispositam, habentē potentiam ad talem formam, tunc incipiunt mouere per impressio-nes suas ad illam formam, dummodo artifex coniungat actiua passiuis. Sol enim & homo generant hominem, nec tamen oportet quod homo genera^s hominem, præsciat impressiones Solis, scilicet conuenientibus principijs actiuis & passiuis, cum habilitate materiae. Sol disponit, & monet ut cæteri Plane-tæ, secundum distantiam localem ad orbem, tum licet omni tempore posset incipere opus, unum tamen tempus ha-bilius est altero. Quia dicit Hermes in secundo libro de septem, Quod hoc ele-mentum

mentum est humidum in uere & æstate, oportet ergo ut sumatur inter istud et illud scilicet 15. dies post introitum Solis in arietem, usq; ad introitum thauri. Hoc enim tempore amplius augmentabitur, & oportet destillare hunc lapidem Sole existente in ariete, & in thauro, hæc Hermes dixit. Sed Assiduus dicit, quod oportet ponilapidem istum in vase suo, carente sectione in hyeme, æstate, autumno & uere, & omnibus anni diebus. Quia ut dicit Senior. Est semen mundum, mundam habens benedictionem, ex potentissimo enim masculo, & fœmina generosa castissima procreatur. Et huic semini nihil incongruum est commixtum, & existit albissima materia auri & argenti, ex purissimo Mercurio & sulphure incombustibili. Ideo quilibet Planeta imprimet suam imaginem & impressionem singulariter, sicut & in foetum humanum, donec perficitur. Sequitur. Hec est perfectio coagulationis sine fallatia, & factus est Sol, id est Solaris minera perfectis statibus, Principium eius ignis est,

k ij &

& in igne creuit, nec timet cinerem, id est testam cineris. Est & fixus non fugitivus, iungitur in corpore scilicet metalli, usq; ad cor, id est in profundum, quia ex radice fixa scilicet ex Sole, qui est fons totius caloris & Planetarum rector, proficiscitur. Sequitur. Hic est filius uilis & carior, id est, hic filius scilicet lapis, cuius mater est uirgo, & non concubuit, & est uilissimus & carissimus. Et dicitur filius uilis, quia nullius praecij in oculis est, est omnis ignorans, hæc foemina est uilis, quia si dicetur ei hoc opus, uideretur esse falsum sibi. Senior & est carissimus, quia sine eo non operatur natura, scilicet sine humido, Lapis enim Philosophorū aqueus & humidus est, humor uero est uilissimus, quia pedibus conculcatur, & est carissimus, quia principium est generationis naturarum, & est ænigma sapientum dictum istud. Præparatio ergo huius est difficilis, & occulta destruens, quæ multos sapientes nudauit, nec est super eo lapide iter in opinionibus laborantium, & operantium, quia dicit

dicit, infiniti sumunt radicem eius, & homines in uanum abierunt à radice huius scientiae, & simile ei non possederunt, quod tamen nusquam currit in aestimationem eorum. Est itaq; difficilis errantibus & mirabilis, facilis scientibus, modicus, leuis, delectabilis, & propinquus. Intelligit autem ipsum ingeniosus. Est & subtilis ex hoc arbitrando, cum clarificati fuerint eius animi, ex libris relictis à græcis, quoniam nihil occultatur, præter præparationem eius, quæ est difficilior omnibus. Hoc est quod corruscat in Elixiri, quod hic de tinctura incipit à potentia, id est à materia potenti aptissima, ad tales formam, & peruenit ad actum, id est formam auræ & argenti, ad quam fuit in potentia. Intalem enim metalli speciem congelatur humor, cuius est fumus, & uapor, quia simile non generatur, nisi ex sibi simili, per naturam. Deinde inuehitur author contra operarios uanos huius artis, nec radicem habentibus, nec præparationem ad minus, dicens. Omnis præparatio est bona illius rei,

k. iij. præ-

præter hanc præparationem occultam philosophorum; sed ipsi composuerunt prohibitionem eius ab actu suo, quia ipsi semper præparant, & nunquam prosperantur. Quia ut dicit Morienes ad regē. Scito quod terra, aut lapis, aut ouum, aut sanguis, aut acetum, aut omnia huius ut sulphur, argentum uiuum, Auripigmentum, salsa, ad hoc magisterium sunt inutilia, et malum exitum habentia, et homines sepe hæc omnia terunt, et coquunt, et à sua decoctione extractum sepeliunt, et iuxta suam opinionem benefacere credunt. Et ut error eorum magis confirmetur, et ne desperent hoc quod querunt, nequeunt, sed sperant inuenire. Et de compositione librorum falsorum dicit Senior. Composuit enim librum suum, opinans quod intellexit illud occultum mysticum, et ipse nec scit, nec intelligit litteram unam ex his quæ composuit in libro suo de librīs Philosophorum remotus. Et si queratur ab eo, ex ipsis respondet per similitudinem, et si comprobetur ei, defendit se per cauillationes,

nes, & similitudines uanas. Sequitur in re firmata, id est in radice artis firma, preparatio eorum facta est ignota, quia non habent esse, & si habent radicem, non habent eius præparationem, propter hoc non cognoscunt. Omnis animus sequens concupiscentiā, id est opinionē suam uanam, fluit, id est fluctuat, & diuagatur per diuersas uias erroneas, ita quod ultimo dicant. Præparauimus eum cum omni præparatione, nec adepti sumus, & cum scientia fecimus illum, & cū præparationibus suis sapienter operati sumus. Et propter hoc sunt stultis stultiores, quia præparant illud quod nō habet tincturam in se ex omni re, quæ tendit ad nihilum, & infimum, & credunt bene facere, & nihil acquirunt præter labores, & propter hoc sunt inflati in possibiliitate artis, & excœcati sunt à ueritate. Dixerunt antiqui sapientes. Hic author deridet superbiam Alchimistarum Philosophorum, operantium in rebus foetidis. Dixerunt antiqui sapientes de tali operatione. Hircus est, id est superbus & olens fœ-

k v fidior

tidior hírco, ex oleis capillorum, & ster-
corum, & menstruorum, & multorum
talium foetidorum, combustibilium la-
borant, & non recognoscunt radices
scientiae, nec præparationem eius uel
sue, non recognoscunt homines quod
decipiunt in ignominiam illius. Talis
operator conuenit, id est aptus est, apud
considerantem, id est Philosophum &
uidentem, id est Prophetam, de quo cum
se intromittit scientia talis, inquam ma-
gis conuenit, id est aptus est, ad aran-
dum, id est ad pascendum cum Came-
lis, id est conuenientior est rustico uel
pastore, quam Philosophiae huic, qua
tantum à Deo habet esse, per inspiratio-
nem humilibus & iustis. Sequitur. Su-
perbus enim scilicet ex eo hircus iste,
quod dicitur sciens, & tamen non est.
Quibusdā enim magis operepræcium
est uideri sapiens esse, quam esse, & nō
uideri, ut dicitur in Elenchis, sic etiam
iste superbit quod creditur, & dicitur
esse sapiens & sciens, & quod omnis
sciens nondiu quantum erret in illo. Vul-
gus, id est operator vulgaris, habens o-
culos

culos mentales, clausos, id est obnubilantes, dormit, id est somniatur, quia imaginationes fantasticas, & uanas habet, in rebus uanis. Cuius scilicet uulgaris barba, id est operis uas, conuenit pueris id est ludo puerorum. Dicitur enim in Seniore, quod utilitas quam intendis, non est, nisi apud dominos barbae, id est domorum. Et iterum dicit, quod genitum eorum est in barba, id est in domo dominorum, uel potest esse alia derisione talis, quia antiquitus sapientes, in signum maturitatis, barbati incedebat, cuius barba, id est sapientia conuenit pueris, id est stultis, Vel potest esse sensus ex simili, quod illudunt homines tales falsidici, sicut pueri trahunt barbas dormientium, illudentes eis. Sequitur. Si hi habuerint rem, id est radicem scientiae, non inueniunt eius præparationem, & res artis non perficitur, nisi cum præparatione, & hoc est, quod querunt, & omnis opinio eorum, præter illam, fallax est. Attraxerunt ignorantes in funiculis, id est per deceptiones, & demonstrationes suas uanas. Transmutant enim

enim in apparentia Lunā in cuprum,
& aurum in aliam speciem coloris fan-
tasticam, & cum in ignem ueniunt, re-
uertuntur in formam Solis & Lunæ,
sicut prius fuerunt, & ignorantes cre-
dunt quod fecerunt eis aurum & argen-
tum. Aut amalgamata faciunt Solis &
Lunę cum Mercurio, & promittunt eis
tingere & coagulare Mercurium in So-
lem & Lunam, & per limaturas auri &
argenti distillatores attrahunt, ignoran-
tes, & decipientes. Sequitur. Ignorans
serit colloquiatidā, & sperat inde com-
medere mel, sed quando quod sperauit
non uiderit, redit ad agnitionem suam,
& extendit, id est magnificat, & confor-
mat errorem suum, & dicit hoc esse ex
infortunio. Similiter isti de capillis, &
de urina, & illi de stercore, & illi de o-
uis, & uentribus concharum, & san-
guine, ea pro seminibus, & radicibus
auri, & argenti seminant, in quibus nul-
la proportio est, nec potentia parua ad
actum illorum, & reiterant operationes
insistentes diuersis modis, et tamē nun-
quam proficiunt, dicentes hoc esse ex
infor-

infortunio nostro, nō ex materia rerum
uanarum, nec operationibus suis falsis.
Templa id est corpora Alchimistarum
uulgarium, quę uidentur esse templum
sapientiae maioris, ornata, id est uestita
indumentis, sicut locuti fuerunt de arte
sulphuris & arsenici, & eorum deco-
ctionibus, & in pigmentis, & urinis. Et
si locuti fuerint de capitellis ouorum, &
stercorum, & capillorum, & consimili-
bus quibus maculantur, ut dicitur, hir-
ci sunt, qui cum foetore montana con-
scendunt per deuia. Sic isti Philosophan-
tut, componentes libros foetidos, in qui-
bus nullā est utilitas, nisi de perditione
temporis, & expensae, de quibus super-
biunt. Deinde inquisitiue dicit author,
interrogando qua de re, id est ob quam
causam dictum est ab istis doctoribus,
in multis, nunc in hoc, nunc in illo la-
bore, scilicet in testis capitum, id est in
ossibus capitib⁹, et carne, cerebro, capil-
lis, et in ouis gallinarum, et scorpionū,
et in utrib⁹ et in testudinibus conchi-
lium, id est concharum, cum tamē ues-
tas sit sine diuersitate in una re, et una
dispo-

158 CÓNSILIVM CÓNIVGII

dispositione , et uno actu scilicet deco-
quendi, Vnde Morienes ad regē. Hoc
mysterium totum ex una re, et una uia
persistit, et unica dispositione perficitur,
et auctor respondet quæstionī, dicens.
Nonne hoc est ex paucitate æquitatis
dictum ignorantium , et uituperatorū.
Et reprobat eos per quandam quæstio-
nem , et solutionē eius manifestam, di-
cens. Si dices quod ouis peperit hos
mīnes , aut grana tritici fructificabant
galbanos; aut palma portauit mala gra-
nata , aut uolatilia cœli parturiunt pisces
aquarum. Ipsi responderent falsum di-
cis, et dixisti. Deinde soluit dicens aut
non generant res nisi similia , aut non
fructificant res nisi fructus suos, nonne
conuertentur à sua ignorantia? Dixe-
runt quod pater aurī et argenti, sit ani-
mal terræ et maris, uel homo, id est pars
hominis , ut capilli, sanguis, menstruū,
secundina. Et quidam dixerunt in ar-
boribus, id est plantis et herbis. Et qui-
dam in lapidibus, ut arsenicis et alijs mi-
neralibus, alienati sunt, à ueritate scien-
tia, ex his erroribus ex credulitate res

rum incertarum, remouerunt à se latitudinia nota, id est desiderata, scilicet stationem scientiæ, id est stabilem scientiam, et mineram eius. Etenim res eius est manifesta in oculis uirorum et mulierum, rectis, de habentibus oculos iustos. Et quidam libri habent masculinos oculos, id est procaces et uagos, qui etiam cognoscuntur ex oculis perfectorum hominum. Sic et ex librī, et intellectibus uirorum et mulierum hanc scientiā, scientium per Prophetas suos, quorum intellectum nullus illorum audit, nec potest exponere. Manifesta est res quæ est uagæ mentis et intellectus instabilis super res uagas nō fixas, multimodas, cum tamen ueritas artis sit sine diuersitate. Probatio quod sit sine diuersitate, quia est res una. Vnde Senior dicit inferius de lapide artis, scilicet de aqua, auctoritate artis. Aqua non conglutinatur, nisi cum simili sulphure sui, nec inuenitur in re aliquid simile sulphuris sui, nisi in hoc, quod ex eo est, scilicet Sole, qui est ex humido albo aquoso. Et Hermes. Non conuenit rei,

id

160 CONSILIVM CONIVGII

id est aquæ , nisi quod propinquius est ei ex natura sua. Et generaliter nulla proles est similis ei, ex quo non est, humiditas autem est ei similis ex natura sua, et est ex Dominio Lúnæ. Pinguedo autem est ex dominio Solis. Et subdit Senior. Lapis ergo sapientum ex se ipso, et in se ipso perficitur. Est enim arbor, cuius rami, et folia, et flores, et fructus sunt ex ea, et per eam, et ad eam, et ipsa est tota, uel totum, et non aliud. Et subdit. Et similiter dico uobis quod unusquiodq; aliud non generat ex se, nisi cum eo, quod ex eo est, et specie sua, quod est homogeneum ipsius. Similiter Adam et Eva , et omnium hominum genus , ergo omnis res conuenit cum suo simili et propinquu, secundum speciem suam , et similiter carnes ex carnis bus generatur, et tintura metallorum, ex metallis. Et subdit. Incipe ergo in nomine Domini nostri Iesu Christi, et cognosce naturam eius. Est enim à radice materiæ suæ, quod est in eodem et de eodem , nec ingreditur aliud super eo, quod non sit etiam ab eo. Et est radix eius,

éius, scilicet Mercurius. Similiter Mercurius est ab eo, & hoc est de quo extra hitur, & est in eo, et ex eo, et per eum. Omnia ista significant lapidem suum, qui unus est, id est singularis, et non potest esse quin uerba repetantur frequenter eadem, propter expositionem, et testimonium Philosophorū. Ecce quam lucide dicunt Philosophi, et ignorantibus oblique ad illud intendunt oculos mentis. Et Geber dicit, Necesse est artificem constantis esse uoluntatis, & non modo hoc, modo id attentare præsumat, quia in rerum multitudine ars nostra non perficitur. Est enim lapis unus, medicina una, in quo magisterium totum consistit, cui non addimus rem extraneam aliquā, nec minuimus, nisi quod in præparatione superflua, id est frigidum & humidum remouemus, quæ denigrant opus & destruunt. Sapientes doctrinam plene tradiderunt, pro posse suo demonstrantes, sed stulti non intelligunt. Sequitur. Per Deum, si consideraueris Stellas, id est Planetas erraticas, id est metallorum corpora, non

est

est inter nos, scilicet Philosophos, differentia, id est diuersitas, in hoc quod opinantur, id est de arte opinantur, quia ex his metallis, & per hoc præparant sapientes lapidem suum, in quibus est Mercurius, & sulphur fixum incombustibile per naturā rectificatum. Et propter hoc præparatio nostra surgit per seras, & claves aperientes seraturas, id est problemata obscurata. Per Deum, si porrecta fuerit ad eam, scilicet præparationem sapientum palma, id est manualis operatio, non reuertetur ad eundem uacua, sed locupletata thesauro incomparabili, tamen pro se in mundo, id est hominibus mundanis, si absq[ue] uera preparatione per aspectum, id est intellectum uituperatum, & assignationē erroneam fit, manus reuertetur uacua. Et præparatio ignorantium cōtinuans artem annihilat occupatum in eo, nec scit, nec fit prouentio artis, nec clavis, nec seras, id est problemata sapientum, neq[ue] scit quod coagulans mittat tincturam, neq[ue] peruenit ad prouentum. Et ista nostra præparatio sapientum est largi

gi muneris, habēs labores solutionis. Et quidquid figitur ex duobus, id est ex humiditate metallica duorum lumina- rium sine alio extraneo, ab eisdem fixa- tur, seu sit existens suo, scilicet genere. Vnde Hermes. Tres facies in uno uidet patre: Et bene dixit, quod ex uno sunt, licet habeant partes elementales, ut a- quam & terram, ignem, & aërem, quæ tamen omnia ita sunt uehementissime complexionata, quod minimum ele- menti unius, est cum minimo elementi alterius, quod per nullum artificium possent separari, propter compositio- nes tam fortes ipsorum, unde subdit au- thor. Pars inscientiae absq; partibus, id est sine diuersitate, & factum est totum totius, id est unum unius, quia totum est ex eo, & non ex alio. Sicut sartor ex ipso panno, partes format diuersas, ut plieas & manicas, girones, & thorale, quorum ipsa principalis materia est pannus, & textor cum eisdem filis pan- num componit, de quibus est stamen. Sic & hoc magisterium est unum per se, nec alio indiger, ut dicitur in Morie-

¶ ij nc

ne ibidē. Sequitur. Oculi scilicet intellectuales , accipiantur à figuris Senioris , cum scientiam respicias ad radices , cum ramis separatam , duplicata coniunctione , & ligatura duarum auium , in causa , qualiter prohibetur una per aliam ab ascensu . Et una est sine plumis , propter ponderositatem , scilicet terra , sed aqua habet plumas . Et utrumq; est sulphur & retinaculum alterius , & sunt duo argenta uiua . Et subdit . Hoc est sulphur rubeum , scilicet aqua , quæ non habet in actu suo finem , quia tingit in infinitum , & nomina & cognomina , id est pluralitas nominum in hac arte excœauerunt uidentes in librī suis , unde exanimauerunt scientias erroris , excœcati multitudine nominum , hoc scilicet sulphur nostrum , uel hæc aqua nostra , est tinctum , & tingens hoc scilicet sulphur est , quod super quolibet igne est durans , scilicet seminum arboris oliuarum , & aliarum quando uicinatur igni bestiarum , continue duranti est uenenum , id est Icur corporum . Omne uenenum est in eo , id est omnis medicina

medicina lætans, id est omnē morbū corporum, & hominum, & metallorū corrīgens. Et factū est hoc sulphur uelut Lunare, habens splendorem, scilicet Solarem. Abscisæ sunt ab eo scilicet sulphure, ceteræ pennæ, & alæ, id est spiritus, & spiritus esse est manens, & non recedens, id est fixum. Ad superiora enim anima eius uolat, propter similitudinē suam, id est humiditatem metallinam, cōformem, & unigenitam sulphuri rubro. Tunc lucerna fixa cum habente, scilicet alas, & cum lucerna Lunari ascendit in statum, id est in terminum. Ascendit ab eo anima eius & exaltatur ad cœlum, id est ad spiritum, & fit Sol oriens, id est rubeus, in Luna crescente, in naturam Solarem. Et tunc lucerna duorū lumen, id est aqua uitæ, ad ipsum unde orta fuerat, reuertetur, scilicet in terram, & uilescit, & humiliatur, & putrescit, & figitur amantū eum, id est sulphur terreum. Dispensa ergo duo luminaria, quæ aqua ex duobus corporibus, & naturis est, uel sic dispensa duo luminaria, scilicet Solem &

I iij Lunam,

Lunam , & utraque littera est bona, sed secunda est melior. Et facta est illa aqua una, habens in se duo lumina. Sicut uidemus Solem cum duobus radijs in figura , significantem coniunctionem duorum luminarum radicantium super cinere mortuo, & pluentes, & reuisuiscit, quod fuerat morti deditum, sicut post magnam inopiam, quando mortuus est, id est depauperatus, resurgit. Et consimile dixit alter. Si nudus ascendero in cœlum , & uestitus ueniam in terram , complebo omnem mineram. Hæc est soror, & hic est frater, id est masculus & foemina, sunt unius generis. Indurauerunt aquam , & desponsauerunt masculum & foeminam in aqua, & totum in terra , & tamen subtilitate præparationis, id est igne æquali, lento , non excedente calorem cœlestem, fixerunt eos. Sed postquam facta est conceptio, uolare fecerunt scilicet genitum, & fuerunt in domibus montium, scilicet animæ parentum, significat crescentē Lunam, crescente lúminare majori. Et duas aues, significat ex eo, id est duos

duos spiritus, uel duas animas, duorum
luminarium ex ere. Ut enim Morienes
dicit. Opus hoc assimilatur creationi
hominis, quia primo est coitus. Deinde
conceptio, deinde impregnatio, postea
ortus, ultimo nutritio. Et Marcus dicit,
concipiunt in balneis, significat calo-
rem lendum & humidum balnearum, in
quibus sudat lapis in principio dissolu-
tionis sue, paulatim, & paulatim, & pa-
riunt in aere, significat superiorem tha-
lamum, scilicet alembici. Quia genera-
tio huius tincturæ est in aere alembici,
superiori, & gradiuntur super mare, &
manent in montibus & sepulchris suis.
Et subdit idem, & projcent semen su-
per marmore simulachrorum, & in aqua
sibi simili deifica, & uenient corui uo-
lantes, & cadunt super illud simulacrum.
Intendit nigredinem, quæ est flos æris
aureus per coruos. Deinde uolabunt
super cacumina montium, ad quæ ne-
mo potest ascendere, id est ad superiorē
partem alembici conclusam undicę, &
dealbabuntur ibi. Respice præparatio-
nem primam eius, & cogita hanc, quæ

I iiii est

est spirituum extractio omnium de corpore, & ipsorum mundificatio in aqua sua. Et respice Solem, & soles duos, id est Solem cum uno radio, & cum duobus radijs. Et haec est ultima præparatio, scilicet spirituum cum corpore suo, cum contritione, & assatione multipliciter reiteratis, donec uideas illa quæ queris in ea. Et dicit, quod secunda & ultima præparatio est ex tribus scilicet, salsaturis, uel terris scilicet terra foliorum, terra margaritarum, & tertia terra auri. Vel ex tribus, id est ex trinitate Lapidis. Et sunt tres compositiones rubei lapidis habentis splendorem. Glosa, Gratianus dicit quatuor sunt Elementa, & triplex elementatum minerale. In terra tamē uegetabile partim in terra, secundum radicem, & partim supra terram, secundum herbam. Et animale omnino super terram gradiens. Secundum Morienem terræ sunt tres tertiae huius artis, prima est aqua uitæ præparatio post corporis putrefactionem. Secunda tertia est secunda dealbatio. Tertia tertia est animæ cum corpore coniunctio.

ctio. Vel secundum Seniorem tres sunt terræ, scilicet foliorum, margaritarum, & auri. Quatuor sunt elementa, sunt quinqꝫ elementata, quia calidum frigidum humidum & siccum sunt in terra, & quinta essentia, nec calida, nec frigida, nec humida, nec sicca, sed medium horum. Et hoc iam prius expositum est, de numero principiorum artis. Qui dam enim in uno, quidam in duobus, quidam in tribus, quidam in quatuor, quidam in quinqꝫ dicunt, & omnes bene dicunt. H c autem omnino non impelluntur, sed sponte sibi congaudent, quia sicut homog nea, unde natura naturae congaudet, natura naturam continet, & natura naturam uincit. Tertia est ex duobus corporibus principalibus, & aqua triplex, a ris, & ignis, & aquae natura, & omnia unum, quia sunt ex uno, & Sol simplex, & Soles duo, id est cum duobus radiis contriti in terra non ultra ascendunt, sed figurantur in ea. Triplex est anima habens projectionem tangentem, scilicet anima Solaris & anima Lunaris, & tinctura

I v sulphur.

170 CONSILIVM CONIVGII

Sulphuris albi, humidi, & sunt unum de eodem. Virtus superioris, scilicet aquæ uitæ, id est tinclure, & uirtus inferioris, id est terræ, sunt simul similatæ naturæ, quia eadem generatione generantur, & corrumpuntur. Eorum autem corruptio, est ipsorum putrefactio, quæ totam generans naturam, in melius disponit. Quia, ut dicit Morienes ad regem, quod tota fortitudo huius magisterij non est, nisi post putredinem, quia nunquam fuit aliquod animatum aut natiuitate æditum, nisi post putrefactionem. Si enim putridum non fuerit, non fundetur, nec soluetur, & si solutum non fuerit, ad nihilum reuertetur. Sequitur. Dixit Hermes, corona factum est residuum, id est reliquiæ huius aquæ diuinæ, quæ non pretermittit rem, id est terram, ratam & fixam, in qua sunt tenebrae, id est nigredo. Secunda in secundo opere, scilicet per residuum huius aquæ imbibendæ, summe dealbabitur, & hoc est quod dicit, scilicet uiuiscat eam, scilicet terram, occidens, id est humor pluviæ, & uiuiscat duo tertia terræ, scilicet album

bum & rubeum , & tertium tertiae est
combustum. Notat tria tertia terræ ui-
uisicandæ, scilicet terram foliorum , &
terram margaritarum , & terram auri.
Et prima tertia est combustum quid,
quia flores tincture , animæ sunt extra.
ctæ, cum illa aqua pura congregata est,
in illa terra , ut dicit Anaxagoras in li-
bro quarto , quia spissum omnium ele-
mentorum coagulatur in terra. Sicut
uides imaginem eius depictam in So-
le, cum duobus radijs Planetæ super ter-
ram. Id uero quod remansit de tinctura
in terra congregata , non est in aperto,
id est, non apparet eo modo sicut ante
præparationem fuit, scilicet ut non ui-
deamus in manibus puerorum de cæ-
tero , sed est thesaurus inapprætia-
lis sapientū. Quia ut dicit Socrates. Di-
spositio operis , est ludus puerorum,
scilicet ante præparationem , in præpa-
ratione autem, ocium & opus mulierū,
scilicet coquere. Vnde quidam Philo-
sophus dicit, quod hunc lapidem pueri
portant in manibus , quorum est silen-
tium post clamores. Et in his dictis

Philo-

Philosophorum est sera & sera infra seram aptata , id est obscuritas obscuratur obscuritate , quia typus & figura in tropo , clavis eius , & una ex eis , quia una uia , una dispositio , una actio . Deinde ponit in Carmine suo in fine , pondus primum . Scito fili Radices sunt nō minus quam tres , id est tertia dimidia . Luna cū eo scilicet Sole , ad illud , id est humidum aqueum , hoc projectur ignorando , id est occultando , quod in eo lapide est , ex operibus , quia nihil occultauerunt , nisi præparationem eius . Vnde ignorando non sumitur actiue , quia magister tenetur scire operationē , scilicet passiue , id est non notifico alijs indignis , scit enim Deus protector hominis , cui uult inspirare , & à quo uult celare . Comparete igitur figurās expositionī , quia non habemus imaginem preter picturam tabulæ Senioris , & uidebit hoc habens considerationem , & discretionem clatius quam Solem radiantem , cum iusticia , non cum iniustitia in disputatione . Nota quod dicit Morienes ad Regem in Dialogo suo .
Si

Si sapientes qui post antiquos Philosophos, & Prophetas fuerunt, suas expositiones de qualitate uasis in quo conficerent, non inuenissent, posteri nunquam ad huius magisterij perfectionem pervenire potuissent. Igitur de qualitate uasis, tuæ commendo memoriae. Gratianus dicit. In primo gradu expediunt uasa metallica. In secundo gradu uitrea, in tertio teste, id est in primo opere sit uas metallicum, coagulatione uitreum, in fixione testeum. Forma autem omnium sit sphærica inferius ad medium dimidię Lunæ, & altum secundū quantitatem materiæ. Antiquorum tamen quidam in uitreis uasis perfecerunt, sed talia uitra non sunt apud nos, nisi si consimilia inueniantur. Quidam antiquorum in teste uase totum terminauerūt opus. Ut Zenon. Debet enim esse uas lapideum molare, forte, nō porosum, bene decoctum, quale habent uitrearij in quibus liquefcunt uitra. Hoc enim uas quod eis durat sex hebdomadas, bene durat in arte sex annos, quia ars nō habet calorem excessiuum, spiritua-

spiritualem autem glebam habet, quæ non liquefit in igne, sicut communis glutinigularum gleba, sed resistit igni fortis existens compositionis, & densum non porosum, nec potest ex altero quolibet lapide, uas artis fieri, quia alter lapis non maneret in igne, sed scinderetur, paucis exceptis. Ergo debet esse ex lapide cocto. Sic autem fiat tale uas. Accipiatur gleba dicta & exsiccatur, deinde conteratur, & ejiciuntur lapides, & ligna, & terra aliena, et quidquid est alterius naturæ in ipsis, uel ab ipsis. Deinde pars ferè media cremetur igne, ut lapidescat, quam contere molando subtiliter, & cribrando, & cum isto molito conficias glebam loco arenæ, & bene commisce quod sit satis tenax, & de isto fac uas, & decoquatur in igne, & deuitreari permittas intus uitro forti quod non scindatur, nec debet deuitreari uitro plumbi, sed cineris, & fiat sibi coopertorium eiusdem generis sine spiraculo. Est enim uas, quod nec est cucurbita, nec alembicus. Verum uas ex duobus lapidibus unius generis,

ris, ut Kalid dicit filius Ysidis. Nota quod nullum metallū expedit pro uase nostro nisi ferrum limpīdum, benedīgestum, nullum enim aliud duraret. Aqua etenim nostra ferro non commisceatur, unde Rasis in libro lūminū dicit, Si in ferro exaltatum fuerit, salutē confort. Et prius dixit, quod non potest ex cogitari compēdiosius instrumentum, dicens. Potissima tamē ad distillandum administratio. Et inter cætera compēdiosius uas ferreum exigit, & ex limpīdissima factum materia, & in hoc uitrū præcelleñs, quod frangī non potest. Et pro certo breuiter terminaretur primū opus in hoc uase, quia supra lampadis ignem cito absolueretur putrefactio & corporis solutio. Et sicut dictum est apud expertos, unum solum uas requiri. Sed apud inquirentes, plura, & singulariter preparantur, & unum in reliquo uase experitur, & examinatur, sed tunc nota quod debent esse eiusdem spissitudinis, & tantum in uno de materia quantū in alio, & ponatur ut ignis æqualiter agat in ipsa, & sit æqualis expositio.

positionis in furno , ut quatuor dígiti
aut paulò plus excedant & intus æqua-
liter pendeant, ut ignis æqualiter eis de-
seruat lumen. Si autem sit uas uitreum
locetur æqualiter unum sicut alterum
ex gleba priori, & limo. Fornacem fa-
cias de gleba communi luti figulorum
communiter facta in spissitudine tr̄iū
digatorum , & altitudine ulnæ capitalis
& latitudinē palmæ bonæ , ita quod i-
gnis flamma sua non tangat fundum
uasis, & quod libere deferat calorem æ-
qualiter ad omnes partes. Habeant es-
tiam respiracula tr̄iū uel quattuor fo-
raminum. Sit autem furnus æqualiter
elatus , et in summo suppone ei rotam
factam de bona gleba in spissitudine
duorum digitorum uel amplius paulò ,
quæ rota habeat in medio foramen u-
num uel duo. Et nota quod non totum
simul ponatur in præparatione, sicut a-
pud expertos , scilicet in parte experias-
tur, quod in toto errare non contingat,
uel duo in quibus pendeant uasa tua.
Et bona cautela est quod non augeas
ignis gradus duplo priore , sicut docet
Nodanus,

Nodanus, sed in medietate, ut scilicet in
primo gradu sit libra, in secundo gradu,
sit libra cum dimidia &c. Per lentum e-
nam ignem non errabis, sed per exces-
sionem corrumperes, licet prolixiori
tempore coquitur lento, quam acuto:
Tollerabilius est autem sub moderatio-
ne prorogare, quam sub excessu irre-
uocabiliter peccare. Nota etiam cum
quisbus partibus acetii citius soluitur Re-
bis in aquam, sed prolixius exsiccatur;
& figitur. Et hic communis est modus,
& doctrina Philosophorum. Experti
vero superfuderunt aquam, ut supere-
mineret tribus digitis, secundum quod
eis uidebatur bonum. Si uero septem
partes, aut citra sumantur pauciores,
sed tardius soluitur corpus aeris. Plus e-
nam agunt nouem partes, quam sex uel
septem, sed citius exsiccantur pauciora,
quam plura, et citius figuntur. Et quid
quid potest uirtus in uno opere, hoc po-
terit duplex uirtus modico tempore se-
cundum Philosophum; dummodo
sit aequalis comparatio proportionis a-
gentis ad passum. Ad eius perfectionem
Inqse m pro-

producēdam, Vnū est quod legitur ue-
rius 21. (alius 61. dies habet) dies pro so-
lutione, pro ducatu primo 13. dies, pro
cōplemento secundo 40. dies, secundū
quod natura & ignis te docebunt. Se-
quere naturam eius , secundum signa
& claves traditas, & errare non permit-
tent. Scit enim pugnam aquæ & ignis,
& prolixitatem coquendi ut dicit Assi-
duus, donec uisui patefiat , ita quod i-
psius operis imitatio te doceat operari.
Est enim rectissima norma & formula
huius artis. Sumatur ergo lapis humi-
dus & albus, bene fermentatus, & cum
una tertia de nouem abluatur, & putres-
fiat paulatim & paulatim , partem post
partem , donec dealbetur in 150. diebus
id est 21. diebus , unius nominis, & hoc
secundum Seniorem. Dicit enim pri-
mum opus, luminare est abliere, deal-
bare, & putrefacere 150. diebus, & hæc
est dealbatio totius, & fuga teniebrarum
ab ea. Et forte apparebit albedo in 70.
diebus, id est 10. hebdomadis, & duo-
bus diebus , uel in 4. hebdomadis uni-
uersaliter. Sed subdit. Nec approbatur

apud

apud eos hoc , sed primum est melius,
quia significat temperantiam , & boni-
tatem ignis. Secundum autem , & ter-
tium, intensionem ignis, & corruptio-
nem operis. Nota idem uult, scilicet Mo-
rienes , quod albedo quæ est primum
opus & fundamentum rubedinis in 21.
die peragatur, & duobus diebus. Ulti-
mo subtus & supra fortem ignem dan-
do, & erunt similiter 23. dies. Sicut Se-
nior dicit. Et docet Moriennes cum quar-
ta parte imbibere , in prima expositio-
ne, donec ad octauam partem tincturæ
redigantur, id est in tertium. Item dicit
Anthonius in Turba. Extinguite calo-
ris tertiam partem, id est octo, & de ace-
to si fuerint 24. est eiusdem acetii, et cum
quarta parte per tres dies assare præcis-
pit. Et 7. erunt assationes, & iterum ul-
terius cum quarta parte, donec album
& fixum fiat , per duos dies subtus &
supra administrando ignem. Isti igitur
duo concordant in opere. Eadem est
intentio Rasis , septies assat , & iterum
assat, & humectat donec candidum fiat,
& ignem non fugiat, & tunc cum aqua

m i s s u

sua dissoluit, & coagulat & tingit. Et dicit in triduo scilicet unam fieri distillationem, & coctionem rectissimam, & perfectam. Et subdit. Quamuis triduo conterere mandamus, dies, aut pars diei sufficit, & in fine operis, cum tinctura completa est, dicitur numerum dierum inhumationis compleuisse, tamen 21. dierum spatum & transmutatio coctionem exsoluit promissam. Et iste tertius Philosophus cum prædictis concordat. Et nota si una tertia in tot diebus completur, duæ tertiae residui in duplice tempore complebuntur, & in 42. diebus. Et hoc dicit. Mundus & Athonius & Zenon & plures Philosophi, ita quod in octauo die totum terminatur opus, quia decoctio 21. die, ut dicit Hermes, & multi alij, & dealbatur terra in alijs 20. diebus & uno. Et in Allegorijs, anima decoquitur 40. diebus. Sicut in uulua sperma moratur, & ita resurget propositum. Et eadem uia est ad rubeum, sicut ad album, nec potest perueniri ad rubeum, nisi prius dealbetur complete, & fixe. Quæ dealbatio est funda-

fundamentum secundi operis , & pri-
mum opus est , extractio tincturarum ,
deseruit istis duobus operibus , quæ
sunt unum opus , & si non esset fixum
post albedinem , iteretur decoctio , do-
nec sic contingat in igne fortiori , quia
quod fixum fuerit , fixum redabit . Et
quanquam isti periti Philosophi bre-
uiores alijs posuerunt terminum deal-
bandi . Tamen communiter Philoso-
phi in Turba 40. diebus iusserunt regi
utrumq; opus . Mundus scilicet docet
primo 40. diebus regere , & quando to-
ta aqua est imbibita , iterum docet 40.
diebus spiritum incorporari , & cum
corpore spirituari . Idem docet Pantof-
lius 40. diebus dealbare . Et Theophilus
dicit , quod horrax sapientum æs lique-
facit , & uelut in aquam fluxibilem uer-
tit , eo quod oportet nos æs in laminas
tenues producere . Deinde cum uene-
no coquere ad 7. in duobus , 7. ad 7. id
est , per 21. dies , dicitur in ænigmatibus
Turbe . Et quia nigredo prima secun-
dum Pantophyllum in Turba nisi 40.
diebus durat , subiunxit Theophilus . Et

m. iii in sua

In sua coquite aqua 42. diebus. Deinde
aperite uas & inuenietis æs , in argen-
tum uiuum uersum. Diuidentes igitur
hanc aquam in duo æqualia , alteram
partem , coquite 40. diebus, donec fiat
flos candidus , ut flos salis in suo splen-
dore, & choruscatione, & iterum docet
coquere alteram partem, donec crocus
fiat , & donec decoctione & aqua con-
seratur , & fiat simile quiddam Syrupo
granatorum. Similiter Belus dicit, ma-
iorem propinquitatem esse inter æs &
aquam , quam inter magnetem & fer-
rum , & iubet posteros coquere argen-
tum uiuum , quod est uis masculi cum
corpore, donec liquefiat, ut aqua fluxi-
bilis , et aquam docet diuidere in duas
partes , quarum prima medietate ad li-
quefaciendum et coquendum utitur.
Secunda uero medietate, ad mundan-
dum combustum, et suum socium quæ
unum factæ sunt, imbibere septies , do-
nec ab omni coinquinatione minden-
tur , & fiat terra , Et subdit, Scitote
quod 40. diebus ipsum totum in terrā
uertitur. Similiter Victimerus dicit,

Aquam

Aquam diuide in duas partes, quarum altera parte, æs oportet comburere. Illud enim æs immissum in illam aquā, fermentum dicitur auri. Tunc oportet uas residua aqua septies imbibere usq; bibat totam aquam, ac cum toto humore desiccato, in terram uertatur aridam. Deinde in accenso ponantur igne 40. diebus, quo usq; putrefiunt, eiusq; colores appareant. Idem dicit Bonellus. Aquam diuide in duas partes, quarum altera parte corpus comburite, id est dealbate, secundū Lucam in Turba, qui dicit, comburere est dealbare. Altera uero parte putrefacite. Scitote quod totum regimen non fit nisi in aqua. Accipe ergo eis nostrū, et cum prima parte sua imponite uasi, et coquite 41. diebus, et ab omni immundiciamundate, et coquite, donec finiantur dies eius, et lapis fiet humore carens. Deinde coquite donec non restat nisi sex. Deinde munda abluite aqua septies, qua finita, dimittite ipsum putreficeri in suo vase, donec desiderabiliter uobis appareat propositum, et cauete ne ab aquis ipsum se-

m ^{iiij} parare

parare faciatis, ne inficiatur, et pereat,
quod in uase est. Et ante hęc omnia cir-
ca principiū huius capituli dicit Bo-
nellus. Omnia decoquite lento igne, do
nec omnia quę in uase sunt, aqua fiant.
Namq; calore ei adueniente Dei nutu,
aqua fient. Videntes itaq; nigredinem
illam in minerali aqua, scitote corpus
liquefactum esse iam, tunc suo uasi im-
ponite, et 40. diebus coquite usq; aceti
et mellis bibat humores. Et quidam de-
segunt ipsum in quolibet 7. dierum, uel
10. noctibus transactis, in quib; mera
uidetur aqua usq; in 40. dierum perfe-
ctionem. Tunc enim babit amoris de-
coctionem. Iterum abluite ipsum, et
priuate nigredine usq; terra fiat, et hu-
mor pereat, et lapis tactu siccus existat,
Item Ephistus ait. Iubeo quod dealba-
tio non fit, nisi decoctione Ethelie te-
rendo et imbibendo æs frequentissime
tractando, non autem simul fundite a-
quam, ne Ixir submergatur. Arescente
igitur humore, et in puluerem uerso
40. diebus ipsum dimittite, donec appa-
reant colores à Philosophis descripti.

Et

Et Pandophilus iubet coquere, donec totum nigrum fiat, quę nigredo 40. durat diebus, deinde in alumine fixo, & croco docet imbibere 40. diebus, donec tertia pars consumatur. Item Athanius 42. diebus iubet, & iterum à decimo die Septembris usq; ad decimum diem librae dicit opus secundum fieri. Senior uero uult, quod albedo reuoluti incipiat ultra 150. diebus, & similiter Rasis. Mōrienes uero primo docet 21. diebus fieri dealbationem completam, dicit. O Rex si in eo album firmatum conspexeris, si totum tuum regnum & homines uenidisses, opus hoc non compensares. Rasis in libro luminū dicit de operis regimine. Sic tandem alternatim assare & adaquare conuenit, ut nec fugiat ignem, nec fumum emittat. Et post pauca sic tradit regimen, dicit inhumationem 21. diebus continuis absolui, unde & si 21. dies expendit, prius & posterius eosdem impendere oportebit. Sicut dicit Rasis in libro luminū. Artifici summè uidetur esse necessarium, scrutari, aestimare, diligere, nec in his aliquid dim m v spendij

Spendij impendere te pigebit. Cui autem hec tria deficiunt, nec librorum de-
lijs ditari merebitur. Vnde scrutatio-
nibus duobus didici modis operis fieri
complementum, primo modo in uitreo
uale sine manuum contritione, sicut in
primo & ultimo, ita & in meo operis
ignis, & aquæ ministerio tantum. Sicut
se ipsum dissoluit, ita copulat se ipsum
albescit & rubore decorat, croceum fa-
cit, & nigrum seipsum despontat, & à se
ipso concipit, quo usq; finem operis ac-
celeret. Quia in ænigmatibus dicitur, la-
pis proprio iaculo interficit seipsum,
macerat & despontat seipsum, et rubifi-
cat seipsum, soluit, et coagulat seipsum,
figit & imbibit seipsum. Et anima præ-
parat corpus, & corpus animam, nec
prius, ut dixit mihi eruditor meus, uides
bis albedinem, donec totum coagula-
tum fuerit corpus, seipsum imbibendo,
nec aquam ab ipso separando, nec ter-
tiam nec medianam eius partem, cum no-
fiat hæc dispositio manibus humanis,
ut dicit Morienes. Sed ignis & aqua ti-
bi sufficiunt, & isti habent registrum, ut
quando

quando albedo apparuerit, procedunt
in sex gradibus ignis, sicut à Philoso-
phis est descriptum, & hanc uiam pros-
bant sequentes. Primo Morienes dixit
Rex Kalippe. Cum hæc dispositio non
fiat manibus hominum, quæ est ista di-
spositio, qua totum perficitur magiste-
rium? Respondet Magister ei, quod hæc
dispositio, est naturarum mutatio, calidi
cum frigido, & humidi cum sicco, mi-
rabilis conexio. Iuxta quod ait sapiens
quod Azoth et ignis, latonem abluunt,
atq[ue] mundificant, & eius obscuritas pe-
nitus ab eo auffertur. Quia si recte ignis
modum disposueris, Azoth & ignis, in
hac dispositione sufficiunt tibi, ad albe-
dinem latonis, & eius perfectionem. Et
hæc dispositio, est aquæ ex terra extra-
ctio, & ipsius aquæ super terram dimissio,
donec ipsa terra computrescat. Et
hæc aqua cum terra putrescit, & mun-
datur, qua mundata, totū magisterium
Dei auxilio dirigitur. Quia tunc caret
foetore, & obscuritate, & omni humidis-
tate, alba, candida, & potens est recipie-
re tinturam. Item Gratianus. Non e-
nimir

488 CONSILIVM CONIVGII

nim possumus proprijs manibus ope-
rari in Mercurium, sed cum decem spe-
ciebus, quas manus nostras appella-
mus in hoc opere nostro, id est nouem
partes aquæ, & decimam terræ. Item
Theophilus in Turba. Accipite ma-
gnesiam albam, & argento uiuo mas-
cio mixtam conterite coquendo in igne,
& non manibus, quousq; tenuis fiat a-
qua. Quia Ixir seipsum conterit, donec
decoctione, & aqua conteratur, & fiat
syrupo Granatorum similis. Iste tamen
Philosophus uult quod aqua diuidatur
in duas partes, cum una dealbari, & al-
tera rubificari. Et forte notat duo ope-
ra, album, & rubrum. Quia quamdiu
album est, durat frigiditas, & humor.
Et ut Belus dicit, quod tripliciter me-
diante aqua mundatur corpus ab omni
inquinamento, & diruitur, & fit terra,
dices. Et scitote quod 40. diebus ipsum
totum uertitur in terram. Vnde & sub-
dit, Coquendo ipsum liquefacite, donec
fiat aqua, deinde aquam ter abluite,
donec fiat, ut nummus liquefactus, dein-
de coquite, donec coaguletur, & fiat
stanno.

stanno similis, coquite iterum ipsum, & residua imbibite aqua, donec propositum inuenietis. Qui eodem modo dicunt aquam diuidere, id est materiam, in duo opera scilicet album & rubeum, est sophisma sapientum, & non terbum manifestum. Item Locustus dicit. A quam diuidere in duas partes, quarum altera parte liquefactum est plumbum ut aqua, & coquite donec desiccetur, & fiat terra. Deinde terite aqua adseruata, donec rubetum induat colorem. Sed subdit, argentum uiuum uolentes congelare cum suo mystico corpore. Deinde coquite, donec utrumque fiat aqua permanens, deinde coquite illam aquam donec congeletur. Hæc autem aqua cum comparî sibi desiccatur, eo quod inuenietis tunc argentum uiuum, iam coagulatum a se ipso, ac suo uasi imponite & coquite ipsum, donec conteratur, & donec fiat crocus, colori aureo similis. Et secundum Gregorium, post splendorem coruscantis regitur, usque rubeus fiat. Sic eum uidentes coquite usque fiat aurum, Deinde iterate, & fiat

fiat aurum tyrii coloris. Et Baxon. Co-
quite, donec fiat niger, deinde albus, de-
inde rubeus. Et Zimeon, dicens quo-
modo corpora in non corpora uertun-
tur, dicit. Ethelia conteratur quousq[ue]
puluis fiat. Scitote quod non sit puluis,
nisi continua, & fortissima decoctione,
& contritione in igne, & non manibus
cum imbibitione, & putrefactione, &
solutione, & expositione, & solutione
Ethelie. Item Assathos philosophus.
Nisi similetis res in initio coquendi
abscq[ue] manuum cōtritione, donec aqua-
fiant, non opus intuenistis. Sed isti plus
res aut omnes uolunt pluries imbibere,
aut diuidere aquam. Et dicens, quod
non simul conteritur, sed successiue a
qua non igne, sed manibus. Et Bonel-
lus dicit. Manuum autem contritione
uere indigent, cauete tamē ne ab aquis
separari faciat[ur], ne ad uos uenena per-
ueniant, & ea quæ in eo sunt pereant.
Ephistus autem contrarium dicit, quia
dicit. Iubeo autem non simul fundere,
ne Ixir submergatur, uerum paulatim
infundite, & conterite, & desiccate, et
multo-

multoties facite, donec finiatur aqua et
arescat. Deinde 40. diebus dimittite, do-
nec uarios emittat colores, dixit ad hoc,
quod non simul funditur, id est coqui-
tur atq; conteritur, sed successiuè. Quia
secundum Rasim fundere, mundare,
manare, adaquare, coquere, abluerre, idē
est. Item Baxon, heu uobis intelligite
dicta philosophi, et qualiter opus diuis-
sit, commiscere, coquere, simulare, assa-
re, calefacere, dealbare, terere, adaqua-
re Ethelia, et rubiginem facere, et tin-
gere, haec igitur plura sunt nomina,
quarum rerum tamen, unum est, quia
una aqua uiua, et una decoctio est, sicut
dicit Assiduus. Et statim cum uidetur
unam actionem continuam prætende-
re etc. Subdit oppositum. Et si scirent
philosophi, quod una contritione et u-
na assatione siue decoctione sufficeret,
non tantum dicta eorum reiterassent.
Et ideo fecerunt ut teratur compositum
et coquatur iugiter, et monuerunt ne
uos illius tædeat. Et statim immediata
subiungit, ad primam intentionem in-
tendens, cum quibus dictis uos obscu-
rauerunt,

192 CONSILIVM CONIVGII

rauerunt, mihi autem sufficit dicere simile. Ecce quod pro sophismate, et obscuritate habet diuisionem illam; et tamen subiungit, præcipiens multipliciter coqui, et ne tædeat decoctiones reitterare. Morienes etiam uult, quod continuetur et æqualis fiat ignis, ne maximum sequatur damnum. Et subdit quod uas suo fornaci immobiliter adhæreat, donec totum tempus frigidæ actionis auri compleatur. Sed tamen quotidie cum quarta parte rei mortificare; et irrigare, cauiendo ne flamma uas attingat, nam omnia in damnum uerterentur, et tamen hoc diuisim imbibere, et apponere aquam terræ, et non omnia simul. Et idem. Et forte hæc simul patrare, est apud expertos. Quia dicit Gratianus. Nota, si præparentur omnia simul, bonum est apud expertos, attamen maior experientia querentibus, ut cum singula singulariter præparentur; et examinentur unum in reliquo. Subiungit enim quod in omni dissolutione, sit incorporatio dissoluti, uel dissoluentis, & ibi potest fieri spiritus, corpus, & corpus

corpus spiritus. Et ipse Gratianus singulariter præparat, dicens. Mercurius in omni sua dispositione fit Ixir, id est Mercurius fusibilis, tingens, non fixus in Leone fit Ixir, id est Mercurius præparatus, & separatus, & tingens, tinctura fixa, pro quantitate sua, sed non ad plenum. Cum fermento inceratus fit Elixir, id est Mercurius inceratus, tingens, & mutans, inseparabiliter, & in infinitum & ultra modum, ita quod principium attestatur supra suum finem, quod est calcina, dissolue, coagula Mercurium, incera. Xir dicitur quelibet medicina stringens Mercurium alchimice præparata super ipsum. Extrahe ergo oleum de terra primum, & dissolue in eo medicinam stringentem, & coagulantem, id est terram, & iterum sublima per alembicum, & calcina, & manet expressa calcinatio, & dissolue, & distilla, & coagula, & incera oleo suo, & proince super Mercurium fermentatum, illud Xir, & est Ixir aptum, ad faciendū Elixir. Et scias pro certo quod corpus sic dissoluitur sal sedine median-

n te,

te, ratione metallinæ humiditatis, quia nisi corpus suum à quo extrahitur introibit &c. Postea idem dicit Mercurius capiatur, & ponatur in custodiam inter adurens & adustum, & committatur Soli Lunę, quæ sunt fontes frigoris & caloris, & terra nostra profert germen candoris, & ruboris fixum & fusibile. Quia ibi exponit, dicens de preparatione fermenti. Nota, Mercurium sublima de fermento, & dissolue eum, in aqua aquilæ, & calcina fumum rubrum, & coagula cum eo Mercurium solutum, & sicca, & hoc siccum iunge cum fermento, & totum calcina, & dissolue iterum, & iterum coagula cum eo Mercurium dissolutū, & hoc est quod dicit adustum, & adurens. Et alias dicit. Dealbate latonem, quem cum dealbaueritis, & per diuturnam decoctionem ad pristinam citrinitatem perduxeritis, habebitis iterū &c. Ettunc calcina, dissolue, distilla, coagula, & incera, & ita procede per mensem, & si resultatum fuerit penetrabile, tunc ad finem peruenisti, & pro ista parte omnes uidentur consonare.

consonare. Senior, turba, & ænigmata
turbarum, ut patet.

Explicit secunda pars de Massa So-
lis & Lunæ. Incipit tertia pars, Liber
trium uerborum , de Massa Solis &
Lunæ.

Opus mirabile trium uerborum,in
quibus præciosissimum archanū,
& donum Dei totaliter comprehen-
henditur,de lapide præcioso,qui est cor-
pus aereum,uolatile,frigidum,& humi-
dum,aquosum , & adustuum. Cuius
expositio,sola delectatio illius secreti,&
uenerabilis societatis nostræ , me com-
pulit declarare , ut scientes tantū archa-
num , quod infinitis problematibus est
celatum , & à sapientibus & prudenti-
bus huius mundi elongatū. Gaudeant
de dono Dei gloriosi , quod est thesau-
rus indeficiens. Nec exponam,nisi dif-
ficiiora libri appropriando testimonij
Philosophorum diuersorum,uel expo-
sitionibus eorundem , nec quidquam
noui adiuuenire queo plus,dictis Phi-

n i l o s o

Iosophorum, quia una res, una est uia eius, & haec est secunda pars tractatus libri de massa Solis & Lunæ, id est consilij coniugij super demonstracione libri trium uerborum. Dicunt igitur Philosophi, combinationes duarum contrarietatum, quod est frigidum, & humidum, quæ sunt aquosa & adustiva, non sunt amicabilia caliditati & siccitatì, quia caliditas, & siccitas destruunt frigidum, & humidum, uirtute domina, & tunc uertitur spiritus iste in nobilissimum corpus, & non fugit ab igne, & currit ut oleum in igne, & est tinctura pulcherrima, perpetua. Vnde scire oportet, ut manifestemus eius occultum, id est calidum & siccum, & occultemus manifesta, scilicet frigidum & humidum. Istud occultum est de natura Solis, dignius & præciosissimum omnium occultorum, & tinctura una, id est singularis, et non est alia, quia est aqua permanens, quæ semper uiuit, et acetum Philosophorum. Vnde Mundus in Turba. Gumma, scilicet nostra, non emendatur, nisi auro tantum. Dico quod

gumma

gumma nostra fortior est auro, qui no-
scunt eam, auro præciosiorem tenent
eam. Aurum quidem honoramus cum
gumma nostra, quia sine ipsa, aurum
non emendatur. Et inde est quod Phi-
losophi scribentes de ea, nihil manifeste
narrant. Si enim plebei uenditores co-
gnoscerent eam, non uenderent tam
uili præcio. Et Arsuberes dicit. Scitote
unum quid esse omnibus naturis for-
tius, & sublimius, apud Philosophos
et apud insipientes uilius, sed nos hoc
ueneramus. Et si Reges hoc agnosce-
rent, non sinerent ipsum uenire, ad pau-
peres. O quam mirabiliter natura gum-
mi hoc uertit aurum in spiritum, &
quam mirabil modo eminet, cunctaque
superat. Et Pandophilus. Dico quod
non est dignius corpus, et purius sole,
sine quo et eius umbra, id est Luna que
de se est tenebrosa, nullum uenenum
tingens generatur. Qui uero uenenum
Philosophorum absq; eis componere
nititur, totus errat, qui autem cum Sole
et eius umbra, uenenum nouit tingere,
uenit ad archanum quod dieatur num-

n. iij. mus

mus, qui cum rubeus efficitur uocatur aurum, et qui nouit de cambar Philosophorū occultum, nouit totum opus. Et dicitur Luna umbra Solis, quia auffert pulchritudinem Solis, cum Sol induitur nigredine Lunæ, colore qui est sicut Atramentum, ut dicitur in Seniore, et dicitur de Cambar, id est filius ignis, quia in igne crevit, nec timet terminum ignis, et dicitur à canna, quod est incensio, uel ignis, et etbar, quod est filius, uel dicitur de Cambar, à decem quod est decem, et bar, filius, quasi filius decem specierum artis, scilicet novem margaritarum, et decima æris, de quo expositio iam præcessit in primo tractatu. Gratianus autem dicit, quod his decē speciebus capitur Mercurius. Et in Seniore dicitur, Præteriti, nec praesentes possunt tingere aurum, nisi cum auro. Idem dicit Auctor, quod occultū istud est de natura Solis dignius, quia est spiritus Solaris, et sanguis Solis, et tinctura eius. Nota quod lapis noster, non est adustinus passiuue, quia non adgitur, ignis enim ipsum non corrumperit,

pit, sed emendat ut in sequenti probabitur. Sed dicitur adustius actiue, quia sulphur sapientum, ut dicit Senior, adiuit combustionē albedinis, et meliorationis, quia combustio sapientum est dealbatio tota totius. Satis fecerunt autem Philosophi hominibus, dicentes. Sulphur nostrum, non est sulphur uulgi, quod cōburitur combustionē nigredinis, et corruptionis. Et Florius dicit in Turba. Nonne uidetis quod hęc crucians, cum nōumento uel corruptione cruciat, immo cum utilitate et coadunatione. Si enim cruciatus hic esset nosxius, nō complectetur ab eo, quousq; uariabiles colores extraherentur ab eo uel ex eo. Et hanc utiq; aquam sulphuris nominamus, quam etiam ad rubeas tinturas aptamus. De incorruptione autem eius ab igne Geber declarat, discessus. Quod sulphur nostrū fortissimæ est complexionis, et uniformis, uel sic, quod sulphur nostrum fortissimæ est compositionis et uniformis substantiæ, quia in eo minimæ partes terræ taliter partibus aereis, aqueis, et igneis com-

n. iiii mixtæ

mixtæ sunt, ut nulla ipsarum alteram in resolutione possit dimittere, sed quælibet, cum qualibet resoluitur, per fortē unionem Solis calore, quam habuerūt in mineralibus, secūdum debitum cursum naturæ. Argentum quoq; uiuum, ut dicit Geber, est aqua uiscosa in uisceribus terræ generata, substantiæ subtilis, terreæ, per calorē temperatissimum unita, totali unione per minima, quo usq; humidum temperetur à sicco, et siccum ab humido, æqualiter, et immo fugit superficiem planam de facili, propter suam humiditatem aqueam, non autem adhæret, licet uiscosam habeat humiditatem, propter siccitatem illius quæ illa temperat, et non adhærere permittit, est etiam amicabile, et placabile metallis, et est medium coniungendi tincturas, et sine ipso nullum metallum deaurari potest, et non submergitur aliquod metallum in argento uiuo, nisi Sol. Ex quo maximū elicies secretum. figitur etiam, et est tinctura rubedinis, et exuberantissimæ refectionis, et fulgidis splendoris, et nō recedit à commixto.

Com-

Commiscetur cum auro , etfigitur per ipsum,maximo ingenio, quod nō peruenit ad artificem duræ ceruicis, uel petrinæ. Est etiam incombustibile, et in corruptibile,quia omnis corruptio metallorum , uel est per inclusionem sulphuris adurentis,in illorum substantia, per inflammationē ipsa metalla diminuens , et exterminans in fumum , uel multiplicatio flammæ exterioris,pene trantis illa,et secum in fumum resolutis, ut patet in calcinatione plumbi, ubi est partium rārefactio per calcinationem , tunc enim flamma in ea potest penetrare,& exterminare. Si ergo omnes caussæ metallorum corruptionis conueniant, maximè corpora corrumpi necesse est. Quia igitur argentum uiuum per nullas causas corruptionis, se in partes corruptionis suæ , diuidi permittit, quia aut in tota sui substantia ex igne recedit, aut cum tota in illa manet stans , immo notatur necessaria perfectionis causa, propter enim bonam partium adhærentiam,& fortitudinem sue complexionis & commixtionis, scilicet

n . v quando

quando partes illius inspissantur per ignem, ulterius non se permittit corrumpi, nec per ingressiōnem furiosae flammæ, illud in fumū eleuantis, quoniam rarefactionem sui non patitur, propter densitatem compositionis suæ. Et ideo ponderosum est, & propter parentiam adiunctionis, quæ sit per sulphur, non aduritur. Laudetur igitur benedictus Deus gloriosus, & altissimus, qui creauit illud & dedit illi substantiam & substantiæ proprietates, quas non continet ullam ex rebus in natura possidere, & in illa possit reperiri huius perfectiōnem, per aliquod artificium, quod in illo inuenimus potentia propinqua. Ipsum enim est quod ignem superat, & ab eo non superatur, sed in illo amicabiliter quiescit, ei congaudens. Hæc omnia Geber dicit de Mercurio, & hic est sulphur artis. Vnde Plato, omne argentum uiuum sulphur, non autem omne sulphur argentum uiuum. Et omne aurum æs, non autem omne æs aurum: Et cum ista duo sunt bene regulata, ignis non separabit in eternum, scilicet

scilicet quod similes sunt naturæ & temperatissimæ & fortissimæ compositio-
nis sint ambo. Hæc sunt tria uerba præ
meditatæ intentionis, & sunt uerba ty-
pica, ad similitudinem fœtus Philo-
phorum. Aqua tribus mēsibus fœtum
in matrice conseruat, Aér tribus mens-
ibus fouet. Ignis totidem custodit, qui
bus scilicet totidem mensibus expletis
sanguis, qui fouebatur in umbilico, à
quo nutriebatur infans, pectus mater-
nas mulieris cōscendit mammae. Ibique
post partus angustias, niuis candorem
assumit. Infantū uero nunquam patebit
exitus, quo usque omnis flatus aéreos ex-
hauriat. Egressus tandem os aperit &
lactatur. Et ab istis uerbis oportet nos
cum acuto ingenio extrahere duo, et
septem, quæ ab istis uerbis intelligun-
tur. Et Senior auctoritate Hermetis si-
militer idē dicit sic. Et scito quod aqua
famulatur ei in uentre tribus mensibus
primis. Deinde tribus mensibus aér,
Deinde ignis tribus sequentibus, & de-
coquit eum, & perficit eum. Et cum cō-
pleti fuerint nouem menses, absciditur
sanguis,

sanguis, quo nutriebatur in umbilico
matricis, & ascendit ad pectus mulieris,
& fit ibi sicut corona, & fit nutrimentum
eius post egressionem eius ab ute-
ro. Et hoc dictum est totum propter
assignationem præparationis lapidis,
quemadmodum præparauerunt eum
sapientes. Per matricem, intendit fun-
dum cucurbitæ, & per semen uiri &
mulieris, humorem Solis & Lunæ, per
sanguinem menstruum album humili-
dum, quo fœtus fouetur, & formatur in
matrice ualis nostri. Per matricem clau-
sam tempore conceptionis & impreg-
nationis nota obstructionem uasis, &
confirmationē coniunctionis, ut quod
intus est, non recipiat inspirationem ab
aere. Sunt enim ibi uentus, & sp̄ritus,
qui si exhalarentur, totum opus cassa-
retur. Per sanguinem qui rubeus est, &
niger intendit nigredinē apparentem,
in principio operis, ex qua exortus est
rubor tincturæ. Per ascensum sanguini-
nis ad maternas mammas, nota subli-
mationem eius ad aera, in superiori
parte alembici, ubi candorem niuis
assumit,

assumit, & tunc perfectus est lapis, qui
est spiritus humidus, & aqueus. Et Mo-
rienes dicit. Et non est tamē sicut aqua
alia, sed est aqua quæ ubiqꝫ reperitur, &
nullius est præcij, & est semper, quia est
principium mundi. Ex aqua enim om-
nia facta sunt. Super aquam ferebatur
spiritus Dei gloriosi, & altissimi, & prin-
cipium generationis hominis est ex
ea. Cuius aquæ pater est Sol. Cuius ma-
ter est Luna. Ut dicit Hermes pater phi-
losophorum. Et Assiduus. Cuius ma-
ter est uirgo, & pater non concubuit.
Et est unum & idem dictum. Et pro cer-
to, Sol est principium generationis ho-
minis in obliquo círculo. Vnde Phi-
losophi de hac arte loquentes alij natu-
raliter docent, ut de masculo, & fœmis-
na, de humido, & calido, & alijs princi-
pijs naturalibus. Alij arithmetice edisse-
runt dicentes de nouem, & parte deci-
ma, & ut duo, tria, faciunt sex, unum
& duo, tria. Alij Astronomice, ut de
Sole, & Luna, & Planetis, quorum lux,
& motus est causa eorum, & ubiqꝫ, &
semper sunt uirtute, & in qualibet re
subiecta,

Subiecta, & nullius præcij, quia non ui-
dentur lux, & motus horum. Sicut au-
tem lac efficitur nutrimentum infantis,
post eius egressum ab utero, sic terra
nutritur, uiuiscatur, & crescat, per hanc
aquam diuinam, donec sibi met suffi-
ciat. Vnde per similitudinem spermatis
in matrice, naturaliter docent Philoso-
phi præparationem Mercurij philoso-
phici, unde Pythagoras in Turba. Etno
sine caussa confertur spermati uel uul-
uæ, quibus recte assimilatur, quia in
complexione sua, multociens facit ap-
parere colores, prout in uno quoque re-
gimine gubernatur res. Et Bonellus in
Turba, dicit. Scitote nihil absq; comple-
xione generari. Sperma quidem ex san-
guine, & libidine generatur, & nutri-
tur, caliditate et humiditate sanguinis,
post 40. uero dies foetus formatur, et
nisi esset humiditas in utero, non solue-
retur sperma, nec procrearetur foetus.
Illum uero sanguinem constituit Deus,
ad nutriendum sperma donec foetum
producat, qui cum productus est, non
nisi lacte nutritur, quam diu parvulus
est,

est, et quanto plus calore naturali exuritur, tanto plus ossibus confortatur, in iuuentutem dicitur, et cum uenit ad senium, sibi ipsi sufficit. Simili modo oportet nos in hoc opere laborare, scientes, nihil absq; calore generari. Et quod intensus calor balnei facit exhalare, frigidus uero perire. Si uero sit temperatus, tunc suauis est ei, et ita leuificantur uenae, et calor totaliter augmentatur. Et iste Philosophus pulcherrime docet preparationem et generationem, et nutritionem foetus. Et Aristoteles in Epistola ad Alexandrum. Et scias quod nullus natus nascitur, nisi ex patre et matre. Infans uero quando omnis spiritus materiae suae, ad eius organisationem exigentibus, exhaustus, nascitur naturaliter, sine suo nutrimento. Et sicut in novem mensibus infans omnes flatus aereos exhaustus, et menstruum conuersum est in lacteam formam, ita in nouem mensibus conficitur, primum opus scilicet albedo secunda, quia totum coagulatur opus, tam soluitur circa sex mensibus, secundum authoris experientiam.

Sed

Sed secundum Balgum in Turba ^{180.}
diebus, et secundū plures Philosophos
ut Rasim, Assiduum, et Seniorem, et se-
cundum auctorem in Turba, in 20. die-
bus, et uno die eiusdem nominis, omnis
fumosi uaporis fit cessatio. Cumq; can-
dorem lactis suscipit, nullius suspicio-
nis ambiguitas relinquitur. Ut dicit
Rasis in libro lumen. Corpore eten-
tim mortuo, et ab eo argento uiuo in
ipso coagulato, prius extracto in aqua
sua, ex qua sunt nutritur, et crescit istud
corpus, et reuiuiscit, nunquam de cæ-
tero moriturum, quia est tinctura incor-
ruptibilis, et ex incorruptibili grano
procreatum, uirtute diuina. Et pro cer-
to hic Mercurius, non est vulgaris, non
enim coagularetur tam cito. Aqua igi-
tur tribus mensibus foetum conseruat
in matrice, Aēr tribus mensibus fouet
ipsum. Ignis totidē coquit. Hoc dictum
est per similitudinem foetus, de Mercurio
nostro, quia infra sex menses per
lentum continuum, et æqualem ignem
Philosophicum, completur aqua et aēr,
id est sp̄ritus et uapor aēris in aqua

Philo-

Philosophica. Sicqz capitur Mercurius extractus, rubeus in occulto, sed in manifesto candidus est, et forte in 21. die soluitur, et in totide coagulatur diebus. Sed ignis regimen in extractione huius Mercurij, nota secundum quod dicit Auicenna. Quod calor in humido corpore, prius nigredinem efficit. Deinde ipsum nudat nigredine, quoniam eius omnino finit humiditatem, et cum superfluit illa, calor ipsam albificat, ut uidetur in calore apud uulgas. Primo enim in opere omnia denigrantur, secundo dealbantur, tertio per maiorem ignis intensionem, oportet compositionem incinerari totam. Sic etiam in nostro opere ex abundantia humore in corpore, nigredo generatur in igne. Hac autem nigredo uocatur Ethel de Ethel, id est argentum uiuum de Argento uiuuo. Et Pandophilus in Turba. Regite ipsum albo humido, quod est magnum secretum, donec operiatur nigredine, et pura nigredo fiat. Est enim hae dissolutio nigredinis, humiditas Lunae, et pinguedo Solis, quibus nihil est affi-

O nius,

nitus, & propinquius. Et secundū Hermetem. Hæc autem nigredo secundum experientiam Pandophilī tantum 40. diebus durat, qua consumpta apparebit albedo nobilissima, postquam calor eius omnino finiuerit humiditatem, & tunc omnes flatus aëreos exhausit, corpore interempto. Ignis autem totidem custodit, id est totum opus complet, ut glosat auctor, id est ignis corpus mortuum primo coagulat. Secundo incinerat, & iterum dissolutum in aqua sua conterendo pistetur, donec totum humidum fiat, ut pinguedo spissa, & extinguitur aqua tunc per ignem. Iterum distilla, coagula, & incinera. Quia ut dicit Pandophilus in Turba. Scitote, quoties cinerem, id est corpus imbibitis incineratum, & quoties gummi suum imbibitis, toties oportet ipsum siccari, & iterum humectari, donec uertatur color eius in id, quod quæritur. Et Assiduus. Coque ipsum donec aqua coadunetur, & coaguletur, & ignem non effugiat, significat temperantiam ignis, ne compositū sumigeret. Scit enim aqua pugnare

pitgnare contra ignem , prolixitate co-
quendi,& putrefaciendi & inspissandi.
Deinde uas humido stercore , & igne
humido Philosophorum círcunda , &
per quosdam menses fac ipsum uolare,
donec aqua rubescat , & inspissetur , &
fiat Elíxir tingens per quosdam men-
ses. Hoc est secundum Mundum Phi-
losophum , per 42. dies, id est septima-
nas , aut secundum quod in uulua
sperma moratur , donec formetur inde
homo , sicut ex radice sua , ex qua fuit.
Glosa, uolare,quia ascendit et descendit
in arbore aurea. Et sic interficit superio
rem & inferiorem uirtutem, donec fiat
fixum. Et Athanius in Turba dicit, de
eiusdem mensibus. Coquite ipsum in
Sole , id est calore solari , qui est ignis
continuus, unius generis, & in terra ni-
gra , per 40. dies, & duos dies, & forte
hoc diutius continget coqui. Ideo sub-
dit exponendo illud tempus dicens. O-
pus uero secundū à die mensis Septem-
bris 10. usq; ad decimum libræ perfici-
tur, id est per annum. Sic igitur expone.
Ignis totidem custodit , id est nouem

mensibus uel per annum temperatoriā
igne, quibus nouem mensibus, fouebar-
tur sanguis, ab umbilico descendens ad
pectus mulieris, ubi candorem lactis
assumit, qui efficitur nutrimentum fœ-
tus, post egressionem eius ab utero. In-
telligitur per hoc, quia secundum hunc
modum præparauerunt lapidem, quod
non ad temporis quantitatem, sed qua-
litatem intelligi debet, de progenie Phi-
losophorum nutrienda, uita sua scilicet
aqua diuina. Spiritus igitur iste uertis-
tur in spiritum, quia dupliciter exponi-
tur in corpus, id est coagulatur in terra,
& corpus uertitur in spiritum, id est to-
tum sublimatur in arbore aurea, aliter
corpus uertitur in spiritum, id est amiss-
sa sua spissitudine & rigiditate, fit spiri-
tuale. Vnde in Turba dicit. Certus esto
quod cum amiserit suam spissitudinem,
spirituale fiet. Et Gratianus dicit. Quod
autem corpus fiat spiritus, & spiritus
corpus, intellige quod spiritus & cor-
pus fiant unum, & cum corpus solutū
in falsedine tingit, est spirituale. Corpus
igitur istud uertitur in spiritū, id est, est
spirituale,

spirituale, id est tingens, quia tingere est spiritus officium. Et secundo, spiritus iste iterum uertitur in corpus, id est ad ultimum fixatur. Et primo fixatione Lunari, secundo fixatione Solari, & uirtute Dei, à quo hæc sapientia, suis quibus uoluit emanauit, & moderantia patientia moderatiua terminorū ignis, quia quatuor sunt termini, ut postea uidetur. Et hæc longitudinis duorum & septem. Hæc sunt uerba difficultia, quæ longo tempore rimatus sum, unde nota de temperamento ignis, quia debet esse æqualis in omnibus gradibus suis septem, & in omnibus tertijs suis, scilicet quatuor, donec interior ignis opus suum perficiat, ut dicit Gratianus. Et hæc longitudinis duorum ignium, & septem graduum ignis. Nam à tribus duo intelliguntur, & non è consuerso, ut author dicit in litera. Et secundum auctorem, duplex inuentus est ignis, qui est trium graduum. Glosa duplex ignis, id est simplex ut ouorum, uel auium, aut in statu febris, secundum Marcum in primo opere & secundus oīn ignis

ignis gradatus , aut duplatus. Et iste ignis duplex, est trium graduum in prima clave operis , & triplex in secunda clave operis , sunt enim duæ claves artis, ut dicit author. Prima clavis est annus , & secunda clavis alter annus & septem dies, ut postea, per alios authores probabitur. Et quælibet clavis est trium graduum , sicut in processu patet, testimonio aliorum sapientum , uel aliter potest exponi, hæc trium gradu, id est secundum tres gradus Solis in circulo primo, dum Sol est in ariete, in exaltatione sua. Secundo dum Sole est in Leone , tertio dum Sol est in sagittario. Et huic dicto concordat Gratianus dicens. Quod calor artificialis imitatur naturalem in tribus gradibus, primo in humido dissolvente, dum Sol est in ariete , usq; ad Cancerum in exaltatione sua in primo opere. Secundus gradus est in humido aggregante, quando Sol est in Leone , scilicet in dealbatione secunda operis secundi. Tertius gradus est in humido incorporante , ubi fixatur Sole intrante sagittarium , ibi enim

calcis

calcinatur substantialis humiditas. Primus gradus est debilis, qui est spirituum à corpore extractio, & relinquitur terra foliorum, id est oculorum, id est spirituum. Secundus gradus est fumus, id est secunda dealbatio, quae est terra marginatarum. Tertius gradus est perfectus, quantum ad terram auri, id est rubedinem suam, unde author loquitur Arithmetice de opere, cum dicit, longe euditis duorum, & septem. Et loquitur Astronomice cum dicit de triplici gradu Solis. De quibus Gratianus dicit, Mercurius in omni dispositione sua fit Xir, in Leone inceratus, fit Ixir in terra, In fermento inceratus fit Elixir. Ita quod principium attestatur super suum finem, & è conuerso, quod est calcina, dissolute, distilla, coagula Mercurium, & incera, Mercurius namq; trinomini efficitur in aptatione sua, primo fit Xir, Secundo Ixir, tertio Elixir. Xir est Mercurius fusibilis, & tingit tinctura non fixa, nec mutat. Ixir est Mercurius preparatus, & separatus & tingens fixa tinctura, pro quantitate sui, sed non
o*uij* mutans,

mutans, scilicet dum est in Leone. Eli-
xir est Mercurius inceratus, tingens, &
mutans inseparabiliter, et ultra modum
scilicet Sole intrante in sagittarium, in
quo grando & pluia de coelo cadit in
terrā, & animae, id est colores spirituum
premuntur, id est incinerantur, & fi-
xantur, & reuiuiscunt. Triplex est ignis
igitur trium, scilicet graduum, & est du-
plex, scilicet positivus, & gradatus. A
tribus enim duo intelliguntur, id est ab
istis tribus gradibus ignis, duo ignes
accipiuntur, simplex, & duplicatus, &
isti ignes sunt diuersi, quia positivus non
est gradus, quia non est duplicatus. Iste
autem tres gradus diuiduntur per se-
ptem gradus, includendo primū cum
sit fundamentum, ad cuius additionem
omnes ignes sequentes gradantur. Qui
autem sint septem ignes, intelliges per
Gratianum, dicentem. Quod Mercur-
rius non sit ponendus, in aliquem gra-
dum caloris, nisi prius capiatur cum
Mercurio extracto, & fixo, in fermento
Solis, & Lunae, similis in uno corpore.
De cuius aptatione sic dicit, Corpus
dissolu-

dissolutum in humido, superueniente Mercurio, dissoluit ipsum, sed hoc non est opus humidi, sed salcedinis, mediante humido, à quo consociatur corpus cum Mercurio, ratione metallinæ humiditatis, quare magis amica est corpori metallino, quare anima in suum corpus ingreditur, & quia duo corpora non habent unum locum, descendunt ad fundum, & aqua pristina supernat, & dicitur secundaria, in qua Mercurius simplex dissolutus non cadit, & hoc est bonum secretum, si causam noueris. Nota huius expositionem in Epistola Aristotelis ad Alexandrum, ubi enumerat species artis, dicens, Scias igitur quod ignis sulphur est, id est Sol. Vnde Parmenides in Turba, Quod hoc mare uertit aurum in rubeum ignem. Et Gratianus, Ita certa teneritudo Mercurij consuescit in igne, cum Alkibrio, id est Sole, à quo separabit substantiam rubicundiissimam cum beneficio ferventis oliuae, aut animalium pinguedinem, de pascuis uberrimis assumptionum. Cuius uerbi expositionem postea

o v demon-

demonstrabo. Igitur sulphur ignis est scilicet Solaris splendor, & sp̄ritus potens magnesiae, est terra, id est corpus mortuum, duorum lūminariorum, quæ alium locum obtinet, quam corpus aquæ, quia unumquodc̄ seorsim ponitur, scilicet corpus, & aqua, & aqua supernatans pristina, est Mercurius, qui prima dicitur aqua. Secunda est aēr, id est uapor corporis. Et argentū uiuum est aqua prima, per totū corpus fluens. Sed sp̄ritus est aqua secunda, in qua lūnaris humor, & pīnguedo Solaris, ratione metallinæ humiditatis, Mercurio sunt coniuncta. Sequitur quia omnia nutriuntur, & omne germen uegetatur, & omne lumen ascendit, & omnis fructus. Mercurius uero simplex, communis, & uulgaris, non est operis nostri, sed compositus, qui congelatur subito, & figitur sicut illud, sed simplex Mercurius caret fermento, nec est nob̄is utilis, & hoc est magnum secretum, unde de isto Mercurio composito, dicit Eximerus in Turba. Moneo igitur uos argentum uiuum, quod ex pluribus rebus

bus confluxit, congelare ut duo tria faciunt, id est masculus et fœmina faciunt aquam uitæ, in qua sunt tria, aër, ignis, & aqua, & quatuor unum, scilicet quatuor Elementa faciunt, ut fiat unum & duo unum, scilicet sp̄iritus & corpus coniunguntur. Vel sic, Et quatuor unum, id est quatuor partes æris, & una Solis & Lunæ, tres fiant unum, scilicet continuatione, ut dicit Senior in Turba. Accipe de sincero corpore partem unam, & ex alio ære tres, & commisce aceto. Et Dardaris dicit. Quatuor uulgi nummi, tingunt æs. Et repetam ego uerbum primum, quod Mercurius nō est ponendus in aliquem gradum caloris, nisi prius capiatur cum Mercurio extracto, & fixo ab ære, unde Rason. Si solueritis corpus album ut fiat argentū uiuum, extrahentur ab eo flores eius, & si scirent aurifabri qui cum eo opus habent, lucrarentur per ipsum multum, non fusione ignis, sed solutione eius, ut conuertantur in id, ex quo fuit radix eius. Et ista est Glosa Senioris. Sed talis solutio, non sit nisi per ignē simplicem, lēntum,

lentum, uelut ouorum uel auium, nutritatur in primo opere. Deinde Gratianus de secundo opere dicit, significando sex gradus ignis. Mercurius gradatim ducendus est ad fixionem. Primo igitur calcinatur eius uentositas in primo gradu caloris, secundo cruditas, in secundo gradu caloris, tertio substancialis humiditas, in tertio gradu caloris. Et unumquodque calcinatum, dissoluatur suo modo ut putrescat, scilicet conterendo, imbibendo, & assando. Et ita tandem, in unum contentum corruat imbibendo, cum uno fermento, id est aqua una, quia aqua est fermentum aquae. Et rursus ducantur per tres gradus caloris, & ita Mercurius agit in se ipsum. Et sic patet sex esse gradus ignis duplicati, & ignis simplex est septimus. Gratianus uero non ponit nisi sex gradus, siue modos excludendo simplicem, & posituum ignem, & positiuus non dicitur gradus, sed quia fundamentum est graduum. Author uero operis ponit sex gradus ignis includendo simplicem primum. Ideo quia primus ignis positiuus,

positius, & secundus qui est primus gradus non differunt, nisi quia primus, scilicet primi operis est uniformis in primo, in medio, & in ultimo. Sed gradus primus secundi operis est diffinis, quia ultimo acuitur, & per ipsum igne fit coagulatio aquæ cum corpore, & corporis spirituatio. Quomodo autem sit diffinis, patet per plura testimonia Philosophorum. Lucas in turba dicit. Ignis sit lenis in dealbando, donec coaguletur, postea faciat ignem aliquantulum fortiorum. Et Achiratus ibidem dicit. Coquite ipsum donec in lapide uertatur, postea coquatur igne fortiori, quo usq; lapis durior fiat, & confringatur, & in cinerem uertatur, postea imbibite ipsum, donec humidus fiat, & coquite igne fortiori. Et ut dictum est, os uasis claudite, & coquite donec totum corpus confringatur, & incineretur. Et uersus finem libri dicit Author Turlæ. Postea in vase uitreo ponite, dimitte nates eum in loco tenebroso, donec uidatis uas candescere, & uelut lacinctum lucere. Sed antequam ulterius expor-

tatur.

tur, Notandum, quo igne rubor primi operis, & secundi, extrahatur. Gratianus dicit. Sed non te seducat, quia dicitur spíritus fiat corpus, ut intelligas scilicet fixum, & corpus fiat spíritus, quod simili modo intelligendum est. Itaque trita teneritudine Mercurij, sicut dictum est prius, Glosa. Trita & contrita teneritudine, id est humiditate, Mercurij, & exsiccata post restitutionem animae corpori, consuescit scilicet Mercurius in igne cum Alkibric, id est sulphure incombustibili, manere, quia nec ignis nec sulphura ustant, sed ignis magis ipsum emendat, id est Sol. Et scito quod duplex est sulphur artis, Mobile, aqueum scilicet argentum uiuum, de quo dicit Plato. Omne argentum uiuum sulphur, & non est conuerso. Et aliud est sulphur ei simile in natura, scilicet Sol, & ista duo sulphura se cōsequuntur, sicut ferrum magnetem, à quo scilicet sulphure, id est auro, separabis eius substantiam rubicundissimam, id est colorem substantiae purpureæ, & uenenum tyrium cum beneficio feruentis oliuae, & anima.

animalium pinguedine de pascuis uber
rimis assumptorum. Et ideo dicit Mo-
rienes ad regem Kalid, de igne secundi
operis. Præcipietis enim ignem seruare
æqualem, ut nec augeatur, nec minua-
tur. Et subdit. Ignis autem Philosophi-
cus talis est, quod eius materia sit cum
uiua partitione. Partitur autem eius
materia ex stercore ouino, apponendo
de folijs oliuarum. Nihil est enim aliud
quod ignis combustionem æqualem
perdurare cogat. Assiduus dicit, Ignem
Philosophicum esse ignem humidum,
id est in equorum aut boum stercore,
abscondere & putrefacere in igne lu-
cernæ. Dicit etiam compone pacem in-
ter spiritum & corpus suum, super ignem
putredinis de speciebus, id est floribus,
sive corporibus quæ à terra procedunt,
uel quæ aér generat, uel quæ in anima-
lium uentre nascuntur. Et in alio capi-
tulo, dicit de igne secundi operis, post
aquæ coagulationem in terra. Dein-
ceps uas humido stercore circunda, &
per quosdam menses fac ipsum uolare,
donec fiat quelles. Et Senior dicit.

Quod

Quod putrefactio est corporis cū igne
bestiarum subtili, & hunc ignem men-
surati sunt, & occultauerūt. Et per hunc
igne aqua congelata fit lapis, & ignis
quietus fit aqua currens, & cum præ-
parata fuerit, reuertitur ad formam prio-
rem suam, & congelatur, & continuant
in eo patientiam, & reductionē in præ-
paratione. Et notabiliter exponendo
igne bestiarum subtilem. Subiungit
Senior dicens, quod primū luminare,
scilicet 150. dierum, melius est, quam
secundum uel tertium, scilicet 120.
uel 70. dierum, quod oportet esse inten-
sum lumen, sed primum esse tempera-
tum. Et Kalid. Scitote etiam ignes esse
unius generis, igne quoque coquenti-
bus, quandoque corruptio accidit, unde
præstat unum genus habere in coquen-
do. Et Aristoteles in Epistola ad Ale-
xandrum, Caue ne ipsam sua flamma
contingat, sed quemadmodum lique-
facta, ea liquefac. Et Rodanus in libro
trium uerborū dicit, quod in solo igne,
sive aliqua separatione possunt fieri
omnes distillationes, & sublimationes,
& cal-

& calcinationes, & rubificationes, & fusiones, cum omnibus resolutionibus, et coagulationibus, sicut dicunt esse, donec amicitia fiat inter istum & illum. Tunc uincet omnem rationem solidam, & curret oleum in ictu oculi. Et Gratianus dicit, quod ignis in omnibus gradibus suis debet esse: equalis, donec interior ignis opus sursum perficiat. Et Bonnellus in Turba. Et quanto plures transiunt dies, tanto fortius congelatur & non comburitur. Solis enim beneficio, id est igne solari coctum et coagulatum est, uel congelatum est, & albedo illa potentissima, facit eum ignem superare. Et Theophilus dicit, quod cum Philosophi uident lapidem uersum in sanguinem, ponunt eum ad Solem, id est ignem lentum continuum, & mensuratum, quo usque lenitudo cessat & sanguis arescat, & tunc appetet uenentum, & occultum manifestatur. Vnde Rasis in libro luminum. Quod soli apponere mandamus, inhumationem aut ignem denotat. Et Castus. Regite ipsum Sole & rore, donec fiat lapis. Et Anthonius.

p In Sole

In Sole & terra nigra iubet decoqui, dicens, quod opus hoc citius & aliud tardius congelatur, ex diuersitate coquendi. Si enim locus ubi coquitur roridus fuerit, congelatur citius. Si uero siccus, tardius, seruamus ignem humidiorem, citius perficere sicciorē. Et ad quid omnes Philosophos elequar, unus et equa lis debetur in omnibus gradibus ignis. Ignis igitur & Azoth sufficiunt tibi in hac arte, Cera uero, oleum n. & sepum ex dominio sunt Solis, & de rore coeli, in quibus multa sunt hominum secreta. Sed antequam de gradibus ignis dicatur, sciendum est prius quomodo spiritus iste, uertitur in corpus, & corpus in spiritu. Assiduus. Scito fili quod naturalium omnium rerum quaedam quibusdā perfectiores sunt, nec quidquid aliarum dirigitur absq; alijs, nec totum iungitur, nisi insit ei pars, nec pars, nisi insit ei totum, quomodo liquefit terra & in aērem uertitur. Et subdit quomodo spiritus in corpus uertitur, dicens similiter, dum opus contuertis, dicas quod ignis coagulatur, & fit aēr.

Aēr

Aér uero coagulatur, & sit aqua. Aqua uero coagulatur & sit terra. Ecce in unam naturam inimica conuenerunt, quæ cum impulsantur, id est coagulantur, fiunt amica, rarescunt uero, & fiunt inimica, scilicet in separatione clementorum. Oportet te igitur totū extenuare in terra, id est terram spirituare, et tingen-
tem facere, et iam peregisti. Et Gra-
tianus cōsimile huic dicit. Ignis in aère
sit lux. Vnde deficiente humido, deficit
splendor. Intendit coagulationem ad
modum speculi seu gladij denudati. Ex
osse sit Calx, intendit ex siccatione illius
humidi splendentis, ut uertatur in cine-
rem, de quo dicit Aziratus. Et quam
præciosus est cinis iste. Aér in ouo sit
spiritus, id est spissum aëris in uitro con-
cluso, concidit in aqua, unde fissa pellí-
cula euaporat. Et Pandophilus. Et clau-
dite os uasis diligenter, ne exeat flos, sed
suo propinquo societur, & augmentat
eius albedinē. Aqua in terra sit uitrum,
unde succi adunati semper sunt durio-
res. Intendit per hoc coagulationem as-
que in terra, sicut dictum est. Quia prin-

p. ii cipium

cipium huius rei attestatur super suum finem, quod est Calcina, dissolute, distilla, & coagula, & iterum calcina, & incera. Socrates etiam dicit. Lapis mortuus, est uitrum igne confectum, & uiscositas eius, quia spiritus uirtute ignis aperuit. Spiritus ergo in uiscositatem agit, quamuis enim perforare non possit, sed spiritus magis tingens, corpus penetrat, & non corpus corpus. Sequitur. Terra in igne Sal, id est terra calcinatur in cinerem, sicut dicit Pandophilus. Quoties cinerem imbibitis, toties oportet ipsum exiccati, donec uertatur color eius in id, quod queritur. Ideo sequitur. Et haec postea inter se fiunt uariæ res. De hac conuersione spiritus in corpus, dicit Plato in Turba. Scitote omnis Turba, quod omnis spissitudo, in terra quiescit. Spissum namque ignis in aërem cadit, & spissum aëris & ignis in aquam & densum, quod ex ignis & aëris, & aquæ spizzo coadunatur, cadit in terram. Vnde subdit Gratianus, quomodo corpus fit spiritus, dicens. Terra resoluitur in aquam, aqua in aërem, aëris in ignem.

in ignem, & hæc est uia qua corpus fit
spiritus. Hæc enim aqua est calida, i-
gnea, adurens, potens, sed fortioris ca-
loris, & adustionis quam ignis, ut dicit
Senior, quod superat eum sicut dictum
est. Et Parmenides dicit, o natura illa
coelestis uirtutis, naturas multiplicans,
o uere fortis, naturas uincens, & supe-
rans, suasq; naturas gaudere faciens.
Hec est ista natura spiritualis, cui Deus
posse dedit, quod ignis dare non potest.
Sequitur. Ignis per contritionem fit
aer, Aer per contritionem fit aqua. Et
hæc est uia qua spiritus fit corpus. De
ista conuersione spiritus in corpus, & e
conuerso. Gratianus distinguit, dicens.
Quod Ir, non facit Xir, nisi beneficio
diurni caloris, æqualiter & continen-
te perdurantis, sicut se diffundit mine-
ra in diuersos lapides, & post modum
separatur ab eis. Deinde exponit se dis-
cens. Ir, interpretatur manus, uel man-
cipans. Non enim possumus proprijs
manibus operari in Mercurium, sed
decem speciebus, quas manus nostras
appellamus in hac arte, id est nouem.

p. iii parz

partibus albi humidi, & decima parte
æris, & pondus istud est ouum in gene-
re. Sed Rasis septem partes terræ, &
tres aeris ignis nostri ponit in specie,
quæ sunt decem species, quibus Mercur-
rius capit, & fermentatur. Sequitur.
Xix dicitur esse quælibet medicina strin-
gens Mercurium, Alchimistice præpa-
rata super eum, scilicet terra lapidis,
quæ coagulat lac uirginis, id est retinet
Mercurium. Vnde subdit modum, di-
cens. Extrahe oleum, id est Mercurium
primo de terra, id est ab aëre, & dissolute
in eo medicinam stringentem & coa-
gulantem, id est terram dissolute, scilicet
imbibendo, cōterendo, donec fiat sicut
spissa pinguedo, & dispareat oleum lon-
ga contritione, triduo, secundum Ra-
sim, & postea affa simul, donec in unā
transeat naturam. Et hoc est quod dicit,
& iterum sublima per alembicum, id
est affa. Et dicit sublima, quia igne sibi
ministrato, surgit in altum acetum, quia
eius natura spiritualis est, & ideo ascen-
dit ut apparent in vase, & in coopertorio
nodi parui, propter hoc ignis sit leuis
in

in coagulando. Sequitur. Calcina, id est incinera exiccatum, & manet, id est fitgitur expressa calcinatione, & iterum dissolute, id est imbibe, & incera, & distilla, id est assa & coagula, & iterum calcina, & incera oleo suo, & projice super Mercurium fermentatum illud Xir, id est terram calcinatam, & imbibe Mercurio fermentato, id est composito, & est Ixir aptum ad faciendū Elixir. Glosa. Xir interpretatur Mancipatus, id est manibus, id est speciebus captus est, quia extractus est de terra uel à terra Mercurius fixus. Ixir interpretatur emancipatus, uel extra manus, quasi Mercurius extractus, id est in corpore suo albo mancipatus, id est captus, & tunc tingit in album, quia Mercurius tintus tingit, unde Lucas, Magnesia cū sit alba, omnia dealbat, iungite ipsum feci sura, donec coaguletur, & album fiat ut nix, & assate donec seipsum incinerare faciat. Magnesia quidam cum dealbatur non dimittit spiritus fugere, nec in eis umbram apparere, quo completo, maximum habebis archanum.

Sulphur enim sulphure mixtum est. Et Eximidius dicit, sulphur sulphure continetur. Sulphura enim fugiunt, nisi uiuo argento sui generis, id est extracto ex ære, detineantur. Et non credatis quod tingant, & postea fugiant. Et Rasis in libro luminum. Et Morienes & Assiduus uolunt, quod terra cum sit dealbata, & candida, sit fixa, supplefixione Lunæ, sed non fixa fixione Solis, & ideo tingit in Lunam, & hæc secunda tertij operis. Elixir dicitur Abelon quod est totum, & Xir mancipatus quasi totum captum, id est fixum, scilicet tota animæ incorporatio, & fixio perfecta longitudine duorum annorum, & septem dierum, secundum experientiam auctoris. Et ista est secunda Glosa libri duorum & septem, Et sic nascitur Alchimia naturalis, secundum impressionem Planetarum, sicut in litera auctoris, quia in hoc opere, est saltus Lunæ, id est sublimatio humiditatis Lunarum, & est circulus Solis, quia post extractionem, est gradus triplex, sicut prius expositum est, & bene dicit circulus

culus Solis , quia post extractionem
spiritus Solaris à corpore suo mortuo,
fit animæ restitutio , & corporis uiuiti-
catio. Et in hoc uerbo tangit auctor
mineram Rebis, de qua sufficienter de-
claratum est in primo tractatu. Redca-
mus igitur ad expositionem trium uer-
borum, in quibus tota ars consistit, sci-
licet aqua tribus mensibus fœtum in
matrice conseruat. Aér tribus mensi-
bus fouet, Ignis totidem custodit. Hoc
totum dictum est de Mercurio , secun-
dum similitudinem æris in matrice. Et
duplex inuentus ignis est, qui est trium
graduum, & à tribus intelliguntur duo,
sicut prius expositum est. Primus gra-
dus ignis compleat aquam, et aërem. Se-
cundus , id est sequens gradus in igne,
compleat totum opus , scilicet coagulat,
calcinat, incerat, et figit, hoc est quod di-
ximus ; totidem. Lapis autem est du-
plex, frigidus , et humidus. Et liquor
Mercurialis , de primo spermate facit
globum, id est sphæram, per pannum
subtilem , quidquid continere non po-
test de humido , id est aqua secunda , et

p v hoc

hoc transacto primo opere, quod compleatur per ignem primi gradus. Nota si non fiunt globi, non natabit, sed submergetur æs ad latera uasis, nec confringetur dissoluendo etiam per annū, si assatur, hoc expertum est. Deinde per ignes sequentis gradus recipit ille globus carnem, id est coagulationem, & sanguinem, id est tincturam, unde Assiduus. Est enim lapis noster auro incarnatus, & recipit membra, id est partes integrales, notat incarnationem aquæ residuae, & coagulationem, & incinerationem, & iterum dissolutionem, distillationem, coagulationem, & calcinationem, ita quod principium attestatur super suum finem, & è conuerso, donec omnes partes membrales sui, in unam transeant naturam. Et deinde per ignis administrationē, recipit imaginem, secundum naturam, id est speciem suam, ex qua fuit radix eius, à Deo altissimo, & ueniet ad ortum, & lucebit colore purpureo, id est puniceo, unde in allegorijs Philosophorum de ultimo regimine. Postquam totum opus uersum

sum est in terram, & in uas uitreum pos-
nite, dimitentes eum in loco tenebro-
so, significat obstructionem uasis, do-
nec uideatis uas candescere, & uelut la-
cinctum lucere. Et hic color Tyrius,
quo tingitur purpura, extrahitur igne
duorum, et septem graduum, de quibus
dictum est, & adhuc melius in specie
dicetur. Quidam uero hoc dictum uo-
lunt intelligere de primo opere, & fa-
ciunt globum, & illum assant suppo-
nendo patellam, per tres uel quatuor
horas in panno pendenti in simo. De-
inceps prosciunt ipsum in totum hu-
morem nouem partium, & coquunt,
donec suam recipiat imaginē, & mem-
bra, id est donec totum humorem lu-
narem, & pinguedinē Solarem, extra-
xerit acetum nostrum, quæ sunt tinctu-
re æris. Sed mihi uidetur esse dictum de
opere secundo, nam cito folia amal-
gamisata in massam sine tactu conuer-
tuntur, per acetum nostrum, & magis
agit in Rebis, quia magis tangit agens
patiens, & fortius in massa plana, quam
compacta in globo, in quo nō possunt
partes

partes acetí nostri ita libere permisceri.
Vnde Arisleus. Accipite corpus quod
magister sumi iussit , facientes inde ta-
bulas. Deinde in aquam maris nostri
imponite,& in suam Etheliam uertite,
& coquite,donec priuetur nigredine,et
appareat albedo. Et idem Bonellus in
Turba dicit. Sumite de ueru ferrum,fa-
cientes inde laminas , & aspergite eas
ueneno,et imponite in uas cuius os be-
ne claudatur. Et Arisleus & Theophi-
lus aiunt, uas debere fore concavum ad
capacitatem librarum 30. licet magister
operis non posuisset nisi 25. libras cor-
poris nostri æris, in laminas tenues co-
aptati,uel producti,puri,crudii,amœni,
& sinceri. Deinde tangit primum opus
dicens. Sed sperma simile est huic,quia
æs & Mercurius sunt adhuc intransmu-
tata in coagulatione & fixione, sicut in
secundo opere in se inuicem transfeunt.
Et lapis hic est solus , & non aliis in
mundo , nec est ei alias similis in esse-
ctu,uel natura,qui se ipsum impregnat,
& de seipso concipit, & seipsum partu-
rit, postquam hoc uiuum moritur à ru-
bea

bea morte &c. In Ethimologij sapientum. Lapis noster proprio iaculo interficit seipsum, similiter maritat seipsum, & soluit seipsum, & coagulat seipsum, & figit seipsum, & imbibit seipsum, & anima præparat corpus, & corpus animam. Et postquam hoc uiuum moritur à rubea morte, hoc intelligi potest de corpore uiuo æris, postquam hoc rubrum mortuum est à rubra morte, id est, postquam extractus est humor & tinctura sua rubea. Vel potest intelligi aliter, de argento uiuo composito, & iam extracto in primo opere, postquā illud moritur, id est calcinatur, & figitur à rubea morte, id est ab igne eius, frigiditatem et humiditatem corrumpendo, tunc est cura mortui, id est cuiuslibet corporis imperfecti, quæ sunt corpora mortua, carentia tinctura, quæ spiritus & anima sunt corporis uiui, & æris nostri, & ideo est cura corporis imperfecti, cum per caliditatem, & siccitatem tingescit, & non fugit ab igne, nec fumum emitit, & fluit sicut cera, & est sicut oleum. Quia siccitas Alchimiæ tingit & non fugit.

fugit ab igne, & cum hactinctura rectificantur omnes mortui, id est omnia corpora metallorum imperfectorum de tinctura uera rubea, & alba, ut semper uiuant.

Dehinc de clauibus, & terminis, et gradibus ignis est dicendum. Prima clavis, et primus terminus completur 12. mensibus, et si completum non fuerit, saltem complebitur hoc in fine quarti termini, unde auctor in litera. Primus terminus mortificat frigiditatem, et humiditatē, extrahendo animas, et totum spiritum, et uertit in terram coagulando, et calcinando etc. Secundus uero terminus est sequens annus, et loquitur de termino in genere, quia sequens annus habet tres terminos. Et in hac secunda clave operis terminus sequens, id est annus complet mortem primi mortui, id est corporis nostri, cuius spissitudo et rigidas in primo termino destructa est, et augmentat rubedinē, et facit massam caliginosam, et pineatam, et ascendit in arborem crīspata, ad modum fructus pini, quasi conspersa pruina, et lucida

cida fulgens, et folia auri, facit annus iste. Et hæc est rectificatio Mercurij, quod est oleum fixum, quod rectificat omnia metalla corrupta, et producit ea ad sanitatem, et ad naturam meliorem. Secundus terminus est quatuor mensium, et si completum tunc non fuerit, saltem in tertio termino hoc contingit, qui est etiam quatuor mensium, et si tunc similiter non perficitur, saltem in quarto termino hoc fiet, qui est quatuor mensium, et septem dierum. Dixit Rachay filius Dybe. In fine primi termini, uide si fundat se super laminae, fumumq; nō dederit, nec crepitū, quod est signum perfectæ decoctionis, quod si hæc defuerint, reduc ad quartum ignem. Sequitur de ignibus. Primus terminus tribus regitur ignibus, primus ignis est in primo gradu leuis, et debilis, et hoc regimen fit sex mensibus, et hic ignis complet aquam, et aërem, id est spiritum in aqua sua, qui est lapis solus, sicq; capitur et Mercurius extractus, sit rubeus in effectu, et occiditur corpus. Deinde ignis totidem custodit, scilicet

scilicet sex mensibus , cuius regimen fit duobus ignibus , scilicet secundo , qui est duplex respectu tribus primis mensibus, et tertius ignis, qui est duplus secundi tribus mensibus, et sic completur primus terminus , et prima clavis, licet tamen author longum tempus consumpsierit in extrahendo frigiditatem et humiditatem lapidis , in sua experientia. Kalid tamen, filius Ysidis, in 13. hebdomadis compleuit totam coagulationē, quia in tribus hebdomadis, id est 21. diebus, unius nominis , compleuit aquam et aérem, lege in libro suo. Ista autem diuersitas est , secundum diuersitatem ignis. Debet enim aqua diuidi per medium, medianq; eius partem imbibere per septē hebdomadas , super tepidum ignem , et ad gradum maorem perueniet, deinde imbibere ei aliam residuam partem, in sex hebdomadis, et tunc substantia et color eius resplendebunt. Secunda clavis est similiter 12. mensium, et 7. dierum, et habet tres terminos. In primo rege cum igne quarto , qui est duplum tertij, et sunt quatuor menses.

Hic

Hic est secūdus terminus 16. mensium.
Deinde rege cum igne quinto quatuor
mensibus , qui est duplus quarti , et hic
est tertius terminus , scilicet 20. mensū.
Post hēc rege igne sexto, qui est duplus
quinti , mēlibus quatuor et septem die-
bus , cum tribus gradibus ignis. Assi-
duus similiter spatium prolixum ponit,
dicit de quo uarie Philosophi dixerunt,
scilicet per 21.diem, et 40.dies, et 80.dies,
per 4.menses, et 7.menses, et unam he-
bdomadā, et tribus diebus, et partem
tūniū diei , et addiderunt , et diminue-
runt , quod tibi ostendam absolui , per
annum eius perfectionem , scilicet per
quatuor temporum perfectionem , sci-
licet hyemis , cuius est frigiditas , et hu-
miditas , et ueris , cuius est occulta ca-
liditas , et æstatis , cuius est caliditas ap-
parens, et autumni , cuius est siccitas ap-
parens, ergo post autumnum nō opor-
tet te cessare ab opere et nouum opus
incipere, quasi diceret. Siccata materia
oportet figi, et maturari, altero anno. Et
nota quod Morienes , et Rasis , et Se-
nior , et alij plures primum opus in 21.
q diebus,

diebus , id est hebdomadis terminauerunt. Mundus & Pandophilus in 42. diebus , quia nigredo non nisi 40. diebus durat . Quidam per 80. dies , Ut Rosinus , & Socrates , quidam per quatuor menses , quidam 21. diem , nominauerunt , tres hebdomadas , ut Rasis , quod triduo tantum opus primum perficitur . Et Kaled in tribus hebdomadis , & hoc est tribus mensibus Philosophicis , & etiam per 21. hebdomadam . Quidam uero opus secundum in 9. hebdomadis , id est mensibus terminauerunt , ut dicitur in allegorijs 40. diebus , sicut & in utilra sperma moratur , id est 40. hebdomadis . Et Athonius similiter per annum . Et quidam 7. mensibus , id est 28. diebus , aliás hebdomadis . Quidam per hebdomadam , id est 70. diebus Philosophicis , ut Zenon . Et sic debet intelligi dictum Assidui , qui etiam 40. diebus dicit totam aquam esse lucidam . Quidam per quatuor menses , & hoc est 120. diebus , quam ad dealbationem secundam . Quidam per unum diem dicunt , quod intelligatur de distillatione & imbibitione ,

tione. Tandem Rasis, quamuis triduo conterere mandamus, dies, aut pars diei sufficit, id est per hebdomadam triduo, id est tribus hebdomadis. Vnde Bachaeus dicit. Non potestis ad utilitatem peruenire absq; prolixo termino, & regimine continuo. Et Senior dicit. Non perficitur hæc medicina, nisi p;g paratione longinqua in multis diebus, & noctibus. Vnde patet quod Ph. sophi diuersum posuerunt huius combustionis terminum, forte propter diversitatem locorum. In calidis enim regionibus citius, quam in frigidis. Item in humido igne citius, quam in sicco coagulatur. Constanus dicit quod hoc opus toties continue operatur, donec uis sui patefiat, id est quod ipsius operis imitatio te doceat. Scit enim aqua putnam ignis, & prolixitatem coquendi, ut dicit Assiduus, uel sequere cuiuslibet alterius dictū. Theophilus dixit, quod in centum diebus uertitur totum opus in terram. Bonellus & Archanus, & Myretis idem uolunt. Et Arisleus dicit fieri complemetum in 80. diebus, idem

q. ij. dicit

dicit Rosinus, Socrates in 150. diebus,
Balgus & Aziratus in 190. diebus de-
coqui, & magister operis ponit idem,
& dicit se perfecisse totum opus in 80.
diebus. Et in allegorijs in 40. diebus de-
bet decoqui, & dicunt quod infra heb-
domadam albescat. Item Athonius di-
cit decoctionem fieri 42. dierum. Item
alibi in Allegorijs per 21. diem. Idem di-
cit Morienes. Item Lucas dicit quod as-
sequitur 7. diebus, & fit album. Item
Socrates dicit terite cum ratione, & sa-
le, & aqua maris, & pluia, per 21. diem
& aqua salsa, per 10. dies, & aqua dulci,
per 10. dies, & inuenietis. Item Mundus
dicit quod oportet decoqui per 40.
dies, & dicit idem iterum debere deco-
qui 40. diebus, hoc est 80. diebus, unius
nominis, uel bis nouem mensibus. Ita
quod in nouem mensibus sigatur. Item
Pandophilus dicit quod in 7. diebus
appareat nigredo. Item Rasis in libro
luminum dicit, inhumationis terminū
21. dierum, exsoluere promissa, & nota
quod dies quandoq; sumitur in arte
pro die naturali, quandoq; pro hebdo-
mada,

mada , ut Rasis in libro luminum de humatione 21. diem ponit, id est hebdomadas 21. Senior uero accipit diem naturalem dicens in 150. diebus, quod forte in idem incidit. Et quidam istos 20. dies , & unum uocant tres hebdomadas , ut Kalit , & Hermes in primo capitulo marinas testas &c. & Rasis tribus diebus , quemadmodum ad assationem perfectam , secundum Morienem. Et nota ad intellectum horum pleniorem , quædam dicta terminorum debere intelligi , de primo opere tantum, quædam de secundo tantum, quædam de toto opere , quædam de prima albedine, uel nigredine, quædam de nigredine, & albedine secundi operis , secundum quod diligens studens in auctoribus plenius & manifeste uidere poterit , unde diuersitas ignis prælongatur , & breuiatur. In 100. enim diebus unius nominis , & 80. hebdomadis plures finierunt opus. Et hæc omnia natura rei quæ coquitur , & ignis te docebit. Quia ut dicitur in libro Ethimologiarum. Lapis noster proprio iaculo

q. iii inter.

interficit seipsum , & similiter maritat
seipsum , & despontat seipsum , & coa-
gulat seipsum , & figit seipsum , & imbi-
bit , & incerat seipsum , & anima prepa-
rat corpus , & corpus animam . Si autem
maximae Philosophi inde 70. Philoso-
phorum , locum habeant in hoc ope-
re , de proportione mouentis , tunc in
medio tempore poterit præparari . Si e-
nem aliquod mouens mouet aliquod
mobile in uno opere , duplo fortius mo-
uens mouebit ipsum in medio tempo-
re , dummodo æqualiter perficerent os-
pus , & utrumque ignem non effugiat com-
positum artis . Sed cauendum est de igne
excessivo , propter periculum , quia ut
dicit Rasis in libro lumen . Et quia
maximus quam mediocris ignis , equa-
liter efficiat , lentus tamen semper est
adhibendus , & sic continue pista , do-
nec in speciem pulchram conuertatur .
Nota , non mireris æquiuocasse dies ,
quia hoc Philosophi fecerunt , per inspi-
rationem , lege Danielem , qui dicit quod
post 70. hebdomadas nascetur Chri-
stus , & post 60. hebdomadas occide-
tur

tur Christus &c. Daniel etiam dicit post
14. hebdomadas ueniet filius iniq[ue]itas
tis, & alijs dicit 14. dies. In ultimo capi-
tulo huius tractatus quandam questio-
nem declarabo, cuius difficultas floridam
habet declarationē, & lumen præ-
stabit intelligendi dicta secreta Philo-
sophorum, in librīs ipsorum.

Quæritur igitur utrum tota aqua tinctura coaguletur in corpore, uel solum tinctura existens in aqua coaguletur. Quod nō probatur primo per dictum Gratiani, Ir non facit Xir, nisi beneficio diuturni caloris æqualiter & continue perdurantis, sicut se diffundit minera in durissimos lapides, & postea separatur ab eis. Ideo uidetur similiter quod tinctura æris se diffundat in aqua sua, & postea separatur ab ea. Hoc idem uidetur dicere Rasis in libro luminum, dicens. Quatuor sunt naturæ quæ Philosophicum constituunt hominē, qua- rum tres nature, scilicet terrestres gummi inficiunt rubicundo subiecto, nihil tamen ponderis, præter quam in candido erat, rubicundo adiçiet, dum argen-

q. iiiij. tum

tum solum in rubore mirabiliter transformat, hoc idem argentum tertio, auctoritate Senioris, qui dicit, Spiritus est locus animae, & est aqua quae extrahit hanc animam a corporibus suis, & anima est tinctura soluta in aqua, & portatur in ea, sicut portatur tinctura tinctorum nostrorum in aqua, qua tingunt pannos, & tinctura extenditur in panno. Deinde recedit aqua per exiccationem, & remanet tinctura in panno. Similiter aqua sapientum, in qua portatur tinctura, reducitur super terram suam benedictam, sitientem, quam assimularerunt panno, & aquam nominauerunt animam, quam uocat Hermes aurum, dicens, Seminate aurum, in terram albam soliatam, & haec terra tingit, deinde recedit aqua spiritualis, & remanet anima, quae est tinctura in corpore, in quo manifestauit pulchritudinem suam, hec omnia dicit Senior. Ad istam questionem dicendum, quod aqua cum tinctura coagulatur, quod per experientiam uidi. Unde Kaled filius Ysidis, quoniam uidi aquam coagulare seipsum, tunc

tunc ratificatus sum quod uera est res,
quæ assignatur. Et alibi dicit. Est enim
lapis non lapis, quoniam in ipso est fer-
mentum, sine quo non coagularetur mas-
sa aquæ. Et Senior dicit aqua eorum est
aurum, & est fermentum corporum, ad
quæ reducunt ea, & de hoc lapide extra-
ctum est aurum, quod fugat paupertas
tē, & post Deum non habes aliam me-
dicinam. De quo dixit Kaled, præteriti
nec præsentes possunt tingere aurum,
nisi cum auro, & hoc quod aurum, sci-
licet lapis eorum tingens ex ipso gene-
ratum prodit. Et de isto auro, quod est
flores qui fiunt aér sublimatus, omnis
eorū intentio constituta est, unde quod
non diceretur, lapis non lapis, nisi quia
est aqua congelabilis in lapidem. Et in
quodam libro dicit Kaled filius Isidus.
Quod quatuor sunt signa demonstran-
tia artem. Primum est siccitatis & humi-
ditatis coniunctio, & nigredinis appa-
ritio, eo quod oportet te coniungere hu-
midum cum sicco, & calidum cum fri-
gido. Secundum signum est ungentum
apparens in initio operis, & est similis
q v lique-

liquefactio, cum fuerit super ignem, & cum aëris frigiditas ei succedit, & accedit, coagulatur. Deinde in igne liquefit, quemadmodum ungentum. Et est uenenum occidens, quod dissoluitur, et fit ponderosum in inferiori parte instrumenti subsistens nigrum, & fit aqua, & tunc uocant ipsum sp̄iritū, & argentum uiuum, cui multa sunt nomina. Tertiū signum est quod ipsum est minoris aquæ post præparationem, pro ut lac scilicet uirginis, id est sicut lac coagulatū, est minoris ponderis separatū à sero. Et huic signo tertio Pythagoras in Turba ponit simile. Dicit enim. Accipite Ethiam, & more lactis coagulate, quia corpora sunt ei sicut coagulū lactis. Et iterum dicit. Id ipsumq; suo uasi imponite, & coagulate, donec fiat puluis, & coquite cum sputo Lunæ, & coagulate, & dirigite, & inuenietis lapidem fractum, & aqua imbibitum. Iste est lapis, quem cunctis nominibus nominamus, qui opus recipit, & bibit seipsum, & est lapis à quo procedit omnis color. Quartum signum est quod suam spissat naturam,

hac

hæc igitur est uia præparationis. Huius autem operis fundamentum est patien-
tia, suauitas, mora, et aptitudo instrumen-
torum, ad ea assanda. Ecce in istis qua-
tuor signis patet eius coagulatio cum
tinctura. Ex his ad rationes. Ad primā
cum dicitur, sicut minera se diffundit in
durissimos lapides &c. Dicendū quod
est simile, & dissimile. Simile est in hoc,
quod sicut metalla generantur in con-
cauo loci obtusi & clausi in lapidibus
duris, uel similibus taliter, quod à mate-
ria eleuatur fumus siue uapor ratione
caloris, qui scilicet fumus diu in se refles-
xus, & uaporabiliter commixtus con-
gelatur in metallum, illud quod est sibi
congruum, & in talis metalli speciem
terminatur, cuius est uapor, secundum
proprietates cœli, que influunt à Stellis,
& à materia. Qui si esset locus apertus,
nullum ibi metallū generaretur, sed tota
eius materia exspiraret, sicut in plantis,
& in animalibus locum habet. Ita à si-
mili, si uas in arte nostra non esset clau-
sum ad inclusionē spiritus, tota uis eius
exhalaret. Dissimile autem est in hoc,
quod

quod lapides sunt materia inconuenientia ad commixtionē metallorum. Ideo ab ipsis separatur metallum, ab in-conuerso et Hætherogeneo. Ignis enim hætherogena separat, & homogena congregat. Sed in huius artis mixtione omnia sunt homogena, ideo fit universalis cōmixtio, ita quod minimum illius elementi unius, est cum minimo alterius. Ideo ignis non separat inter ea, sed totum cōgelatur in talis metalli spe-ciem, cuius uapor est. Quod autem con-iugantur per minima, patet per Herme-tem dicentem. Nisi lapis noster esset aé-reus, non coniungeretur ei Anhaurit, ita quod ignis non separat inter ea. Et Gratianus dicit. Solaris splendor transit in aërem, & ubi transit splendor, tran-sit & aér. Lapis igitur noster aëreus est, quia non obstat ei, nec uisui, odore ta-men sentitur, nec tactu facit uestigium, & coagulat Mercurium dissolutum, ut ipsum est. Lapis igitur inuisibilis est, hæc omnia Gratianus dicit. Et dicitur lapis aëreus, quia per euaporationē sui in aërem transit, & spiritus efficitur po-tens.

tentissimus, unum extans cum Mercurio, ex quo fuit primo. Vnde Rosen. Si fuderitis corpus album, ut fiat argentum vivuum, extrahentur ab eo flores eius, non autem mutaretur in Mercurium, si non essent homogeneæ naturæ. Vnde Kaled filius Ysidis. Dixerunt sapientes huius artis, plures sunt res quibus adiuuatur opus, quæ non proximæ sunt, tamen sunt ex progenie generis sui. Et idem dicit, masculus & foemina, & quatuor naturæ, sunt unum, eò quod alterū generatū est ex altero, ex cauerinis suis, & ex genere suo, sunt ergo unum, & ad unum reuertuntur. Igitur ignis non superat inter tincturā, & aquam, sed magis coagulat lac Virginis, id est Mercurium, ut ipsa sit coagulata. Ad secundam rationem dicendum, quod processit ex falso intellectu. Vnde triplicē habet expositionem, primo sit expositio, quatuor sunt Elementa lapidis optime proportionata Philosophicum constituentia hominē, id est elixir perfectum humanum, quia multas infirmitates & plurimos defectus humanos fugat ab homine,

homine, & lapis dicitur homo, quia nisi ratione, & scientia humana ad Deum peruenitur, unde in Allegorijs. Accipe hominem &c. Et Assiduus, Benedictus qui tendit ad hunc lapidem, gratiasque Deo ager, quia in nullo propinquorū uel extraneorum opera indiget. Et Mortenes. Sed haec est scientia, quae maxime inter alios inquiriri debet, cum & per illam ad aliam magis admirabilem peruenire possumus, scilicet medicinā. Philosophi enim utebantur hoc lapide, & uixerunt longo tempore. Nam ut dicitur in Ethimologijs Philosophorum, quod in hoc conuenerunt omnes Philosophi, quod lapis noster æmathites, quando fuerit rubificatus, quod est cōpletus, tunc facit diuersas operationes, nō solum in corporibus solidis, sed etiā in humanis, lapidibus præciosis, & gemmis, & non est res mirabilior in hoc mundo, quam ipse est, in omnibus operationibus suis. Ipse uero nō solum curat metalla, sed etiam corpora humana cōseruat ab infirmitatibus suis. Et subdit ibidem, Recipe lapidem hematitem,

& da

et da bibere cum aqua paralitico, hydro pico, phrenetico, omnibus leprosis, & præcipuis infirmitatibus, uidelicet internis, & externis, maculas malas, quæcunq; fuerint in corpore, delet, & ualeat ad uisum proculdubio oculorum, & quidquid tale est, maximè confortat naturam. Et scias qui uititur eo omni die, hilaris erit ultra modum, & faciem lucidam reddit omnibus ipso utentibus. Et Melancholiæ, omnes malos humores indifferenter à corpore expellit. Et quid mirum. Nonne aurum curat multas egreditudines, si facies aurum, quod est nobilis auro, spirituatum, & attenuatum atenuatione spirituum, curat solida corpora, & humana. Est enim Theriaca Philosophorum, ut dicitur in allegorijs ipsorum. Iste igitur quatuor naturæ lapidis cõstituunt Philosophicum hominem, quorum tres naturæ, id est terra in qua sunt tria, scilicet duo argenta uiua, cum sulphure suo, & quarta natura est aqua lapidis, scilicet aurum uiscosum, quod uocatur gummi rubicundum, quo inficiuntur illæ tres naturæ terrestres, inficiuntur

256 CONSILIVM CONIVGII

inficiuntur, id est tinguntur, & desponsantur tinctura perenni. Quia ista aqua omnia facit, scilicet per eam dissoluitur, coagulatur, calcinatur, terra, & inceneratur, & per eam retinetur omne uolatile. Tres igitur naturae inficiuntur gummi rubicundo, id est aqua aurea superiactata, quae est aqua simplex in essentia. Et consimile huic dixit Moyses in Turba, de primo opere. Decoquite ipsum leui igne, donec appareat albū. Deinde extinguite & uidebitis unū, id est aquā uitæ à tribus socijs diuisam, id est à corpore in quo sunt tres naturæ, quia duo masculi, scilicet Sol & Mercurius coagulatus & Luna, ista in terra inficiuntur gummi rubicundo superiecto, nil tamē ponderis, id est humiditatis metallinæ accedit, præter quā in candido erat, & in aqua uiua rubicunda, & æri nostro rubificando, quia naturaliter æs nostrum, licet mortuum sit, est rubicundū. Et licet extrinsecus sit album, intrinsecus tamē rubicundū est, adiicias solummodo argentum uiuum, id est substantiam metallinam argentiuui, tunc in rubore, id est tinctu-

tincturam auream mirabiliter transfor-
mat. Est enim ut dicit Kaled, minoris
aqua post præparationem, sicut lac, quasi
diceret, non plus ponderis adjicit aqua
corpori, quam de humiditate metallina
in se habet. Quia licet humiditas aqua
transeat, sed metallina manet, dum so-
lummodo argentum, scilicet uiuum in rubo-
re mirabiliter transformat. Vnde in
Moriene dicitur, quod Azoth nequit
substantialiter Latoni afferre suum
calorem, nisi quantum ad uisum. Sed La-
ton ab Azoth suam afferret albedinem, &
ei dominatur, & rubicundum redditum,
quoniam latoni inest naturalis fortitu-
do, quæ super omnes colores apparet.
Ergo bene dixi dummodo solum argen-
tum uitium in rubore mirabiliter trans-
format, est enim color latonis perpetuus.
Quid autem perpetuum est, facit res
perpetuas, & quod seminas in Mercuri-
um metes ex eo, unde Gratianus. Omne
metallum est in Mercurio, unde quale
seminas in eum, tale & metes ex eo, ha-
bet enim fixum incorruptibilem, id
est humiditatem metallinam, incorrupti-
bilem,

bilem, quia aut totaliter incombustus ab igne recedit, aut totus in eo manet. Sicut dicit Geber, & habet in se humidum aqueū super abundans, cum quo transit tixum. Alia Glosa, Tres naturæ gummi inficiuntur rubicundo, nihil tamen ponderis, id est augmenti præterquam in candido erat, id est in lacte Virginis, quia mater eius uirgo est, & pater non concubuit, ut dicit Assiduus. Et Hermes. Cuius pater Sol et mater Luna etc. Ideo benedicitur lac uirginis, & adjicit rubicundo et Soli, quia Sol non augmentatur, non enim manet, sed corruptitur in melius. Augmentum enim est præexistentis quantitatis additamentum, sed Sol effectus est Azyma, seu fermentum corruptum. Diffinitio enim artis est, animæ à corpore separatio, & animæ corpori mundo coniunctio, & hoc fit dum gummi rubicundū solummodo argentum terram albam argenteam, quia argentum in ruborem mirabiliter transformat, id est in colorem purpureum, & sic Sol non augmentatur, sed ipso corrupto, **Luna nostra uiua in tincturā Solarem virtute**

uirtute aceti mirabiliter transformat.
Vnde Morion sine stultos in omnibus
alijs errare, qui ad hoc propositum nun-
quā peruenient, donec Sol & Luna in
unum corpus coniungantur, quod nisi
Deus altissimus uoluerit, nunquā fiet.
Est enim donū Dei, & secretū altissimi.
Hæc autem coniunctio Solis & Lunæ,
non fiet nisi post ipsorū corruptionem.
Vnde in allegorijs, Oportet enim u-
truncj occidi gladio proprio, imbibens
do sibi animas permanentes, donec ani-
ma interius occultissima extinguitur,
quia ex homine nō exit, nisi homo, nec
ex brutis nisi similia eius. Similiter nul-
la erit uia ad rubedinem, & albedinem,
nisi si argentum uiuum ignem patiens,
Soli & Lunæ coniunxeris, nec aliter a-
nimā penetrantem & tingentem ei pos-
teris extrahere, quæ in uentre corporis
occultatur, igitur nullum eorum manet
incorruptum corporum. Ideo nō fit ibi
augmentū, sed generatio tincturæ per-
ennis, quia corruptio unius, est genera-
tio alterius, secundū Philosophos. Sed
hæc dictio solummodo non excludit

r. ij coagu,

coagulationem argentī uiui. Quia dicit Rolen. Et memoratus sum coagulatio-
nis corporis , quod uocatur corpus i-
gneum, & de Cambar & argentum ui-
uum, & sulphur rubeum. Et his nomi-
nibus nominauerunt animam, ab ipso
corporc egredientem. Aliter posset ex-
poni, deinde multū ponderis &c. id est
quantitate non augmentat tinctura in-
tingendo, dum solummodo argentū in
aurum mirabiliter conuertit. Ita quod
humiditas metallina , cū aqua sociatur,
corpus metallinū , id est pinguedo So-
laris, & humor Lunaris coagulatur, id
est fixatur, Vnde Arsuberis in Turba,
In urina puerorū , & aqua munda per-
manentē, coquite ipsum lento igne, an-
tequam tingat, donec tota nigredo ab
eo recedat, postea de facili cōfringetur.
Si autem recederent, sicut aqua tinctorū
nostrorum, nō dicerent aqua perpetua,
aut permanens , nec dicerent quod de
facili confringeretur , id est coagula-
tur. Hoc enim argentū uiuum est per-
fectio rei. Ideo nō transit ut dicit Geber.
Consideratio uero rei quæ perficit, est
conside-

consideratio electionis, puræ substantię argenti uiui, & est materia quæ ex materia illa sumpsit originem, & est ex illa creata. Non est autem ista materia argentū uiuum in sua natura, nec in tota substantia sui, sed fuit pars illius. Nec est modo cum lapis noster factus est, sed pars eius. Ipse enim illustrat et ab uestione conseruat, perfectionisqe significatio est. Laudetur igitur Deus omnipotens, qui creat carissimū, ex re uilissima, qui est lapis noster, de quo fit opus istud, habet in se omnes colores. Est enim albus, rubeus, rubicundus, citrinus, citrinissimus celestinus, uiridis, grauis. In lapide isto sunt quatuor Elementa, est enim aquaticus, aereus, igneus, & terreus. In occulto eius est caliditas, & siccitas, & in manifesto frigiditas, & humiditas, et est oleum, & istud est siccum, & illa siccitas tingit Alchimice, quia siccitas tingit, & non aliud. Humiditas autem aquosa, & adustitia corrumpit hoc opus, & tingit in nigredinem. Ista igitur infirmitates oportet destruere per gradus ignis, de quibus hoc melius

in censem.

censendum est , ut quod post coagulationem suam in tali gradu ignis teneatur, quod fugere non possit, donec maiorem possit sustinere gradum ignis, in quo teneatur iterum per dies, dummodo ipsum non effugiat, quo ad triplum maiorem possit sustinere ignem , & sic manu ducatur de gradu in gradū , donec ignitionem perfectam in corpore patiatur, et ignem non effugiat, et in ultimis tribus gradibus expedit uasa lapideum, non porosum, ignem patiens, sicut præcessit sermo in fine primi libri. Nec credo in uitro mediante cinere hec fieri posse igne Philosophico, quod nō agere possit actiones in gradibus ignis per tot media remouentia fixationem medicinę, scilicet per testam, et cinerem, nisi pendeat lutatum in rota super ignē æqualem in gradibus suis. Vnde Christianus in primo gradu, expediunt uasa metallica, scilicet in primo opere, In secundo gradu uitrea , scilicet ad coagulationem, et terræ dealbationem, et donec tota uis aquæ incineretur. In tertio gradu expediunt uasa testeа, scilicet quo

SOLIS ET LVNAE. 263
quo ad fixionem eius plenariam etc.
Amen.

Explicit Studium consilij coniugij
de maiestate Solis et Luna et ar-
tis completæ,
etc.

Laudes Deo.

F I N I S.

Argentorati excudebat Samuel Emmel. Anno
M. D. L X V I.

